F V N D E N S, de Vni. 37. In qua omnem animum, yniuersae naturae temperans, permiscebat: superisque permissionis reliquias fundens, aquabat. 1. de Diu. 14. Haud modicos tremulo fundens è gurgite cantus.

Syntaxis. Opes fundatae familiae. Status fixus, & fundatus. Res veritate fundatae, & extructa disciplina.

F V N D I, oppidum. 14. At. 6. Pridie Iduum Fundis accepi tua literas cœnans.

F V N D I T U S, prorsus. 3. de Or. 193. Nec earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem. 1. de Fin. 80. Praecepta ista funditus euerunt amicitiam. 1. de In. 55. Ille hostis funditus vicit. 6. At. 1. Ciuitatem funditus perdidisem, pro Do. 35. Ciuitatem funditus eueristi. 6. Fa. 2. Funditus interire. Or. 216. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. Ibid. 209. Funditus tollit fidem.

Syntaxis. Euertere, interire, repudiare funditus.

F V N D O, constituo, fundamentum iacio, vel pono, vel ago, stabilio, nitor, pro Corn. 31. Illud maximè vestrum fundauit imperium.

F V N D O, emitto. 2. de Nat. 129. Oua piscium facilè aqua sustinens, factum fundunt. in L. Pison. Quæ te belluam ex vtero, non hominum, fudit.

¶ Profero, edo, enuncio, eloquor, cano. 3. de Or. 192. Fundere versus ex tempore. Or. 210. Fundere orationem numerosè & volubiliter. 1. Tus. 106. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. 1. Diu. 14. Fundere cantus è gutture tremulo. Tus. 64. Fundere carnem graue plenūmque. 2. 24. Fundere vastum clangorem. 3. de Or. 173. Fundere inconditè. 5. Tus. 73. Fundere inanes sonos. 4. de Fin. 10. Fundere verba more poetarum. 2. Tus. Elicere & fundere vocem. 3. 42. Fundere inanes voces.

¶ Trado, gigno. de Sen. 51. Fundere frugem. 2. de Nat. 156. Fundit maxima largitatem legumina terra. 5. Tus. 37. Fundere flores, fruges, baccas.

¶ Spargo, preicio. 1. de D. 46. Fundere sanguinem è patera.

¶ Amplioris virtutis ratione. 5. de Fin. Iustitia se fundit vsu in cateras virtutes. in Orat. 125. Se latius fundet Orator.

¶ Aperio, doceo. 1. Nat. 65. 1. Diu. Fundo physicorum oracula.

¶ Diffuso, diffingo, diffundo, sternō pro Mur. 20. Murana magnas hostiū copias fudit. pro Rab. 29. Cum innumerabiles hostiū copias in Italia fudisset. 1. de Fin. pro Mur. & pro Rab. Fundere exercitum.

† AD V E R B. Acquabiliiter, 1. Tus. Inconditè verba, 3. de Orat. Latè, Arat. Latius, Orat.

F V N D O R, 3. de Fin. 49. Vtrumque eorum fundi quodammodo & dilatari putant. 5. Semper enim ex eo quod maximas partes continet, latissimèque funditur, tota res appellatur. 1. Diu. 34. Sed illa que instinctu inflatique diuino funduntur, scilicet, ora- cula de Sen. 52. Funditur in omnes partes vites.

† AD V E R B. Latissimè, 5. de Finib. Numcrosè, volubiliter orationem, Orat. ad Brut.

Syntaxis. Voces elicere & fundere. Iustitia se fudit in cateras vir- tutes. Vitis funditur in omnes partes.

F V N D O S, predium, possessio. 1. de Orat. 249. Cui nostrum non licet fundo suos obire: aut res rusticis vel fructus causa, vel delectationis, iniurie. 2. 224. Testificatur pater, se tibi Priuernati fundum reliquise. ibid. Cum in Priuernati essemus. Par. 6. M. Manilius habuit aedicas in Carinis, & fundum in Labicano. 13. Fam. 69. In ea controuersia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio. 14. 7. Fundo Arpinati bene poteris vti. 5. V. 119. Ex fundo villicus dominus XX. millia nummum pro X. mitto. ibid. Quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit. ibid. Quibus rebus fundi fructus & cultura continetur. ibid. Ex eo fundo, qui H-S. dena meritasset. pro M. Tull. Fundem habet in agro Tigurino paternum. locul. libel.

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda.

Ni tamen exciderit, qua caua funda pater.

F V N D O S, populus, id est, autor obstringendi se iure ciuium Romanorum. Hoc non discedit à priori significacione: est enim possessio & regnum eius cuius fundus factus est: id quomodo fiat, docet Cicero. pro Corn. 20. Totum in ea fuit positum semper ratione atque sententia, vt cum iussisset P.R. aliquid, si id ascivissent socij populi ac Latinī, & si ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo rescedisset: vt tum lege eadem ipsi populi teneretur: non vt de nostro iure aliquid minueretur, sed vt illi populi aet iure eo quod à nobis esset constitutum, aut aliquo commido, aut beneficio vtererentur. ibid. 21. Populi, So- cij, Latinī, Feedictari, Fundi, pro A. Cecin. 104. Multò etiam mi- nus queri, A. Cæcina fundus sit, nec ne. ibid. Fundum esse Cæ- cinam.

¶ Fundus, vasis pars ima, translatione finis, terminus, modus. 2. Off. 55. Largitio fundum non habet. pro Clu. 179. Ipse armati fundum excutit.

† A D I V N C. Antiquus, certus, priuatus, proximus, publicus, pro Cæc. Communis, 15. Famil. Extremus, 15. At. Fruetus, 15. pro Qu. R. Maritimus, 7. Ver. Melior, 1. de Inuent. Ornatus, 15. pro Quint. Paternus, pro Flac. Paternus autusque, pulcherrimus, 2. cont. Rul. Suburbanus, 3. ad Q. Frat. Venalis, 13. Attic.

F V N E B R I S, lugubris. 2. de Orat. 341. Laudationes scribuntur ad funebrem concionem. in Vat. 30. Epulum funebre. 2. de L. 59. Vestimentum funebre. ibid. Funebra cætera quibus luctus augetur. duodecim sustulerunt.

F V N E S T O R, quasi funere in quo sacerdo pro Font. 21. Galli humanis hostiis decorum aras & tempa funerant.

F V N E S T O R, pro Rab. 11. Funestari concionem contagione car- nificis veto. pro Mil. 91. Curiam inflammar, incendi, funestari.

F V N E S T V S, inquinatus, perniciosus. 9. At. 4. Maiores nostri fune- stiorem esse voluerunt diem Alliensis pugna, quam vibis capta. 1. C. 24. Hoc tibi perniciosum esse confido, & funestum futurum. 3. 22. Qui deorum templis sunt funestos ignes inferre conati. Anteq. 24. Qui in suo magistratu funestam facem à ve- stris repulit templis. 7. V. 122. Colonos agrorum ad huius se- curim funestam esse seruatos. pro Sest. 27. O diem illum Funestum Senatui. pro Dom. 2. Pestifer ac funestus tribunatus. pro Fla. 103. Nox funesta alicui. pro Qu. 95. Funestum est iugulari. pro D. 13. Funesta fax. Ibid. 5. Funesta reip. pestis. 2. de L. 55. Fu- nesta familia. 10. Fam. 8. Funesta victoria. id est, cruenta. || pro Dom. 10. Funesta latrocinia.

Syntaxis. Perniciosum & funestum. Pestifer & funestus magi- stratus. Funestum est iugulari. Pestis, victoria funesta. F V N G E N D V S, 3. Tus. 15. Conturbatus oculus non est probè af- fectus ad suum munus fungendur. 1. Att. 1. In omni munere candidatorio fungendo.

F V N G O R, praesvo, exerceo, facio, efficio, colo. de A. 22. Valetudo oppor- tunda est, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. de Cl. 63. Lysias est functus omni ciuium munere. 1. de D. 71. Po- sunt aliquando oculi non fungi suo munere. Brut. 9. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, tēque per literas consolaret, nisi, &c. 2. Off. 70. Neq; enim verbis auget suum officium, si quo fortè fungitur. 1. Tus. 109. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfecto functus est munere. pro Cæl. 21. Fungi offi- cio, 1. de L. 10. Ut consulentibus respondeas, senectutis grato atque honesto fungere munere. de Cl. 243. Qu. Arrius omni iam Fortuna prosperè functus, 5. V. 199. Quid aratorem ipsum muneri in rem publ. fungi ac sustinere velitis. 2. Off. 43. Qui adipisci veram iustitiae gloriam volent, iustitiae fungantur officio. Ibid. 57. P. Crassus functus est ædilitio maximo munere. ibid. Magnificentissima ædilitate functus est. Brutus. ad Br. 9. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu.

Syntaxis. Fungi munere, officio, prospera fortuna. Quid fungeris officij sustineisque.

F V N G V S, 3. Fam. 1. F V N I C V L V S, 2. de In. 154. Et inde funicolo natum moderetur. Funiculus à puppi religatus.

F V N V S, sequia, supremi diei celebritas, exequias funeris. pro Cl. 28. Mater tibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Ibid. 201. Mater exequias funeris filij prosecuta esst. 3. Qu. Fr. 8. Serrani funus perfunctosum fuit, ad IIII. Calend. Decembris. pro Qu. 50. Funus, quo amici conueniant ad exequias cohonestandas. 15. At. 1. Ibi Pylia in viâ, venerat enim in funus: cui funeris ego quoque operam dedi. pro Qu. 50. Huic acerbissimum viuvi dentique funus ducitur. 2. de Or. 283. Cum funus quoddam due- retur, accusator inquit, Mortuus rapitur: vide, &c. Ibid. 225. Cū casu in eadem causa cum funere effterretur anus Junia. 14. Att. 10. Si Cæsar funere elatus esset. 7. V. 119. Non palam viuortum funera locabuntur. Ibid. 133. Dico mercedem funeris ac sepul- turæ constitui nefas fuisse. pro S. R. 23. Soluere iusta paterno funeri. 2. de L. 61. Inducere funus. in Vat. 30. Quis vnq̄ in lu- stu domestico & in funere familiari cœnauit cū toga pulla? Ita enim illud epulū est funebre, vt munus sit funeris, epulā quidē ipsa dignitatis. pro D. 42. Cū tua rogatione funere elata respub. est. Postq; in Senat. 17. Nondū palā factum erat concidisse fem- publicam, cū tibi arbitria funeris soluebantur. de Pro. 45. Ca- sum illum meum funus esse reipublicæ, sed funus iustum & in- dictū. pro D. 42. Funestū funus. 9. A. 17. Ædiles curules editum quod de funeribus habebant. Sulpitij funeri mitteſe. de Sen. 73. Nemo me lacrymis decoret, nec funera flent.

Faxit cur: volito viuu per ora viuim.

4. Fa. 12. Ibique funus ei satis amplum faciendum curauit. A D I V N C. Acerba, 2. de Rep. Acerbisimum, pro Quint. Apium, 4. Fam. Familiare, in Vat. Funestum, miserum, atque acerbum, pro Dom. Paternum, pro S. R. Magna, de Pro. Lamentabilia, & sumptuosa, 2. con- Rul. Perducofusum, 3. ad Qu. Frat.

Syntaxis. Facere funus alicui. Prosequi funeris exequias. In funus venire ad exequias cohonestandas. Operæ funeri dare. Dicitur ilii fu- nus. Effertur funus. Funere effertur ille. Alicuius funeri ista soluere. Funus inducere. Funestū, iustum, indicium, ampli, familiare funus. F V R. Plagiarius. 5. de Fin. 74. Fures earum rerum quas ceperunt, si- gna comunitant. || Muret. leg. cleperunt. pro Mil. 9. XII. tabulæ

Foⁿcturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defendet, interfici impune voluerunt. pro S.R. 56. Canes publicè aluntur in Capitolio, vt significet, si fures venerint. 2. de Or. 220. Is à Philipo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit. pro Dom. 46. Fur aut sicarius. pro M. Tull. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit.

† A D I V N C. Nocturnus.) (Diurnus, pro Mil.

FU R A C I S S I M U S. apud Asconium 78.

FU R A C I S S I M E. in Vat. 12. Dum omnium domos, apothecas, naueis furacissime scrutareris.

FY R A X, fur, vel qui à furtis abstinere manus non potest. 2. de Orat. 248. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruo, solum esse cui domi nihil sit ob signatum & oculatum. Ibid. 268. Cornelius homo avarus & furax. I.P. 74. Furaces manus.

¶ Syntaxis. Furacissime scrutari.

FY R C A, crux. 1. de Diu. 55. Seruus per circum cùm virgis cædere tur, furcam ferens, ductus est.

FY R C I F E R, scelerus, furcam ferens. in Vat. 15. Id tu furcifer tibi sumes? I.P. 14. & pro Deiot. 26.

FY R E N S, furibundus, maximo furore inflammatus, infanus, vesanus, effrenatus, præcepis, mente permotus, violentus, qui mentis sua compunctione, qui mentis sua non est, cui mens ex sua sede ex statu dimotus est precipite amentia, homo qui de potestate de mente, de consilio, de ratione exigit. Antequam. 27. Quint. Metellus cœlit. L. Saturnino furenti. de Ar. 46. Alicius furentis ac violenti impetus. 2. Q. Fr. 3. Ille furens & exanguis interrogabat suos, quis, &c. 2. C. 1. Catilina furens audacia, scelus anhelans. de Ar. 1. Hominem furentem exultantemque continui. 5. Tuf. 16. Inflammatus & furens libidinibus. de suis cōsil. Tarditate modorum & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

¶ Syntaxis. Furens & exanguis. Furens & exultans. Inflammatus ac furens.

FY R E N T E R, furiosè. 6. At. 1. Pueri aiunt eum furenter irasci.

FY R I A, furia. 3. Q. Fr. 18. Cæsar tibi amantissime petenti veniam non dedit, vt illum ad illam furiam verbum rescriberes. pro Sest. 33. Illa furia ac pestis patriæ. Ibid. 59. Illa furia clamat, &c. 3. de N. 46. Eumenides, quæ si dæx sunt, quarum & Athenis famum est, & apud nos, vt ego interpretor, lucus Furiae; furia dæx sunt, speculatorices, credo, & vindices facinorum & sceleris. 1. de L. 40. Furia agitant & infectantur impiis non ardentibus tēdis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ fraudis cruciatu. I. P. 46. Homines impulsu deorum terreri furiarum tēdis ardētibus. pro S. R. 67. Hæ sunt impiis assidue domesticaque furia, quæ parentum penas à conseleratis filiis repeatant. Ibid. 66. Tamen eos agitant furia, neque consistere vñquam patiuntur. Ibid. 67. Agitari & perterriti furiarum tēdis ardētibus. pro Syll. 76. Itaque eos ad perficiendum scelus furia quædam incitarunt. 7. V. 112. Sceleratorum furias in tuum iudicium esse venturas. pro Do. 3. Quæ te tanta pena tuorum scelerum vexat? vt arbitrare, &c.

† A D I V N C. Assidue, domesticaque, pro S.R. Teterima, pro Pomp.

FY R I A L I S. de Ar. 39. Tu cùm furiales in cōcionibus voces mitis, non sentis, &c. pro Planc. 86. Furialis illa vox.

¶ Syntaxis. Furia & pestis patriæ. Antonius. Assidue, domesticaque furia. Speculatorices & vindices facinorum.

FY R I B U N D Y S, furens. Anteq. 27. Cedam priuatus furibundo magistrati. ibid. 25. Annibal furibunda mens. * 1. de D. 4. Vatum furibundæ prædictiones. 13. P. 19. Cæsar's enim incredibilis ac diuina virtus, latronis imperio crudeles ac furibudos retardauit.

FY R I N A, furia. 3. de N. 46. Lege, F Y R I A.

FY R I O S E, fureater. 8. At. 5. Et si solet eum, cùm aliquid furioso fecit, pœnitere.

FY R I O S V S, furens, furibundus, vesanus mente, incitatus. 1. C. 25. Quo te ista tua cupiditas effrenata & furiosa rapiebat. pro Do. 55. Hæc furiosa vis Trib. pleb. facile superari frangique potuit. I.P. 47. & pro S.R. 33. Vecors, furiosus, mente captus, tragico illo Oreste aut Athamante dementior. pro Dom. 3. Homo vesanus & furiosus. de Clar. 241. Feruidum quoddam & petulans, & furiosum genus dicendi. 4. Acad. 87. Dormientium & vinolentorum, & furiosorum visa. 10. Fa. 11. Pars exercitus non minùs furiosa est, quām qui cum Antonio fuerunt. pro Clu. 182. Mueller iam non morbo, sed scelere furiola. || 1. Off. 3. 1. Ut non redere depositum etiam ne furioso promissum reddere.

¶ Syntaxis. Effrenata & furiosa cupiditas. Vecors & furiosus. Vesanus & furiosus. Feruidum, petulans & furiosum dictum.

* **F**Y R N A R I A. Incer. P. Ventidium mulionem eastrensis furnaria fuisse. Alij caffrensem suffarraneum, legunt.

FY R O, infano, bacchor, vaticinor, furore inflammor, abstrabor à sensu mentis, à constantia, atque à me ipso discedo. 6. V. 39. Vlque cōcommotus est, vt insaniare omnib. ac furere videatur. de Arusp. 39. Cūm baccharis, cūm furis. de Clar. 275. Eos furere & bacchari arbitrabatur. Or. 99. Furere apud sanos, & quasi inter sibios bacchari vinolentus videtur. 4. Acad. 14. Empedocles in-

terdum mihi furere videatur. 2. de Or. 193. Mihi elamon iratus furere luctu filii videtur. 2. Q. Fr. 1. Clodius furebat à Racilio se contumaciter urbanè vexatum. 8. Fam. 14. Nunc furit. Domini mitius tam gaivos homines suum dolorem. 14. Ar. 2. 1. Pantha furetur de Clodio. 1. Off. 1c8. Solon furere se simulauit. 1. D. 81. Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. I.P. 50. Hic accerrimè furit. Ibid. 47.

† A D V E R B. Accerrimè, in Piso.

¶ Syntaxis. Insanit ac furit. Bacchatur ac furit: & contraria. Furere. De te furit ille. Audacia furens.

FY R O R, insania, animus, spiritus. 4. C. 11. Versatur ante oculos aspectus Cethegi & furor in vestra cæde bacchantis. I.P. 50. Hic furore atque insania penas pendit. de Ar. 2. Effrenatus & præfurem redierit. pro Deiot. 141. Istius flammatus atque ignitus furor. 3. Tusc. 1. Furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia cæcitatem. 4. Ac. 87. Cuius furor considerit. pro C. Corn. 1. Aliis illi in illum furorem magnis hominibus auroribus impulsus est. || I.P. 31. Somnium hominis furor.

¶ Ajusatus, ac impetus diuinus, ut poëticus. 1. de D. 66. Inest igitur in animis præfigitio: quæ si exarsit acrius, furor appellatur. id. Diu. 80. Negat sine furore Democritus quenquam poëtam magnum esse posse.

† A D I V N C. Comes sceleris, & audacia, nefarius, 7. Verr. Consceleratus, incredibilis, ac singularis, pro Syll. Consularis, pro Planc. Credibilis, 5. Famili. Diuinus, 2. de Diuin. Effrenatus, exultans, pro Seft. Effrenatus, & præcepis, indomiti, atque effrenati, de Arusp. Inflammatus, atque ignitus, infractus, pro Dom. Libidinosus, perniciosus, notissimus. Anteq. Magnus, 4. Cat. Maximus, 3. Cat. Mirus, 16. Fam. Similis, 2. cont. Rull. Summus, tantus, pro S.R. Totus, 4. Att. Tribunius, 5. Phil. & Post. ad Q. Yetus, 2. Cat. Vinolentus, 12. Fam.

¶ Syntaxis. Furor & insania. Effrenatus ac præcepis furor. Inflammatus & ignitus furor.

FY R O R, furtum facio, compilo, expilo, eripio, surripio, clamerio, clam de medio remoueo, in meam rem aliena conuerto, bonis alienis manus affero, de medio remoueo, auerto, interverto. 3. V. 60. Veres solet hæc quæ rapuit & furatus est, dicere se emisse. 2. Of. 40. Qui cuipiam furatur aliquid, aut clam eripit. 2. de Natu. 157. Bellia furantur aliquid ex iis, aut rapiunt. 2. At. 1. Nam si ego tuum a te legissem, furatum me abs te esse dices.

† A D V E R B. Clam, 2. Offic. Lepide, 5. Ver.

¶ Syntaxis. Rapere, & furari. Furari, aut clam eripere. Furari aut rapere. F Y R T I M, clam. (1. clam. liberè. 4. At. 3. Metellus furtum in campum currebat. 2. de Ora. 52. Tantum licet furtum, si quando & cursum. 6. Fam. 26. Lagenæ, quæ furtum essent excicata. 1. con. Rull. 41. Occulte latere, reconditum esse, furtum tradi, &c. pro Dom. 139. Furtum aliquid.

F Y R T I V V S, occultus. I.P. 97. Furtuum iter per Italianum.

F Y R T V M, compilatio, rei aliena fraudulentu tractatio. pro Cl. 79. Ille medicus domi furtum fecit & cæde huiusmodi. 3. de N. 74. Cōsilio tuo furtum factum esse aio. 1. Q. Fr. 1. Plura oppidorum & furta & latrocinia esse depulsa. pro Q. 26. Res erat manifesta, furrum erat apertum, cuius rei furtum factum erat. 16. Fam. 16. Ne furtum cessationis quæfuis videaris. con. C. Anto. Cum te furri L. Calenus argueret. ibid. Quo tempore à L. Caleno furti delatus sis. 6. Attic. 2. Mira erant in ciuitatibus iporum furta Græcorum, quæ Magistratus sui fecerant.

† A D I V N C. Apertum, pro Quint. Improbissimum, maximum aque impudens, tanta, tam aperta, 5. Ver. Improbissimum, impudentissimum, 3. Ver. Impudens, magis occulta, maxima, & notissima, 1. Verr. Minor, ac illustriora, 6. Verr. Mira, 6. Att. Multo plura, & maiora, 1. Q. Fr. Parvum, 2. Cat. Sordidissima, in Vat.

F Y R V N C V L V S. I. P. 66. Ille tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc vero etiam rapax.

F Y S C I N A, telum tridens ad pīcandum aptum. 1. de Nat. 102. Dant enim arcum, sagittas, clypeum, fuscianum, fulmen, &c. 2. 89.

Aut fortè Triton fuscina euentus spurus. Accij.

F Y S C V S, pro Seft. 19. Purpura plebeia ac penè fulca, in Arat.

At pars inferior delphini fuscia videtur.

1. de Diu. 14. Fulca cornix. 2. de N. 146. Vox canora. (Vox fuscia.

F Y S E, dispersè, diffusè. (Articulatum, disjuncte. 1. de Legib. 36. Quæ fuscæ olim disputabantur & liberè, ea nunc articulatum diffinit. Et quæ dicuntur. 2. de N. 20. Vberius ac fuscus disputare aliquid. Or. 113. Fuscæ latèque dicere.

F Y S I O, 1. de Nat. 39. Chrysippus mundum deum dicit esse, & eius animi fusionem viuensam, de Vniuers. 3; Fusiones autem deorum, nam apud Platonem est, χρήσις. Lege. F L E X I O, 103.

† A D I V N C T. Vniuersa, 1. de Nat. deorum.

F Y S T I S, 8. Fa. 8. Quid si filius meus fustem mihi impingeat volunt. 6. V. 94. Qui primò cum obsidere conaretur, male multat clavis & fustibus repelluntur. I.P. 73. Nō opus est verbis, sed fustibus. 4. At. 3. Clamor lapide, fustes, gladii, & hæc improuta omnia.

¶ Syntaxis. Fustem alius impingere.

F Y S T V A R I V M, verberatio, fustium castigatio, ut Modestinus att. 3. A. 14.

FV S V S, *differens. Lege, F V N D o. 2. de Or. 2. 18.* Genus facetiarum & equaliter in omni sermone fusum 2. de N. 101. Aer fusus & extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubes cogitur. *Or. 106.* Hac in omnia genera fusus oratio 2. de Ora. 310. San- quis in corporibus fusus. *Ibid. 159.* Genus sermonis liquidum, fusum, profluens. (*Exile, aridum, concisum, minutum.* 1. Offic. 98. Decorum quam late fusum appetet. 4. A. 1. Exercitum hostium casum fusumque cognoui. 3. Off. 112. Hostes fusi ac fugati. pro Seft. 91. Homines fusi per agros ac dispersi.

TADVERB. *Aequaliter in omni sermone, 2. de Orat. Aequaliter to-*
rum, i. de Leg. Longe, de Nat.

Syntax. *Facies fusi in sermone. Fusus & extenuatus aer. In cor-*
pore sanguis fusi. Exercitus fusi, fugatusq. Casus & fusi. Homi-
nes per agros fusi & dispersi.

FV T I L I S, *leuis, vanus.* 1. de Diu. 36. Aruspices vanos futilisque esse dicamus. 4. Tusc. 37. Alacritate futili gestiens. 5. 6. Futilis letitia. 3. de Fin. 38. Quis non odit fordinos, vanos, leuis, futilis. 1. de Nat. 18. Commentitiae futilaque sententiae.

FV T I L I T A S, *vanitas.* 2. de Nat. 70. Hac plena sunt futilitatis summa que leuitatis.

Syntax. *Vanus & futilis. Vanus, leuis, futilis. Commentitium ac*
futile. Futilia alacritas.

FV T U R V S, *consequens, in sequens, posterius, reliquias, impendens, even-*
turus, venturus. 5. Att. 3. Sed illum cum futurum esse puto, qui
esse debet. 1. A. 5. *Alia porrò propria Dolabellae: qua nisi colle-*
ga abfuisse, credo eis fuisse futura communia. 4. Fam. 9. Eum
magis cefsemus communem in victoria futurum fuisse. 1. C. 24.
Quam sibi perniciofam esse confido & funestam futuram. 2. de
Diu. 141. An tu censes villam anum tam deliram futurum fuisse,
vt somnis crederet: nisi, &c. 9. A. 1. Non dubito, quia redditus
cius & nobis gratis fuerit, & recip. salutaris futurus. 2. de Fin. 95.
Futurum atque impendens malum. 1. 67. Futurum consequens,
& posterum tempus. de Sen. 78. Memoria præteriorum, futu-
rum prouidentia, pro Mur. 4. Prouidere quod futurum sit. 2.
Offic. 33. Prospicere futura. 3. de N. 14. Sæpe ne vile quidem
est scire quod futurum sit: miserum enim est, nihil proficien-
tem angit.

TADVERB. *Astatum mors, 12. Phil. Al quando, de Amic. & in Part.*
Cento, 5. Tusc. Diutiis, 6. Fam. Maturè comitia, 10. Fam. Ocyus.) .
Serius, i. de Inuent. Omnipotens obuius, pro Mil. Omnipotens nunquam, Par.
Remissius, pro S.R.

Syntax. *Censes villum futurum fuisse, qui dixerit, nisi, &c. Futu-*
rum, consequens, ac posterum tempus. Futurum & impudens malum.

G

Litera Latinorum, consonans ac muta.

GABIN I V S. pro Seft. 8. 1. eius mores describuntur. de Pro. 2. Quod si ille & paulo ante & quotiescumque ei locus dicendi ac portetas fuit, Gabinium & Pilonem duo Reip. portenta, ac penè funera cum propter alias causas, tum maximè propter illud insigne scelus eorum & importunitatem in me & crudelitatem, non solum sententia sua, sed etiam verborum grauitate esse notandos putauit. pro Seft. 26. *Preces Senatus pro Cicerone singulari superbia re-*
pudiant. I.P. 27. Qui ab uno te improbitate vietus Gabinius. vi-
de, I.P. 40. de Pro. 9. *Vbi Seraminis à Cicerone nominatur pro Dom.*
34. pro Plan. 2. pro Arch. 9. pro Seft. 28. 14. A. 24. pro Dom. 55.
4. Attic. 16. 3. Qu. Fr. 4. 2. 9. 2. 7. 3. 3. 5. 1. *de Fin. 37. Nam in*
GABIN I V S. 5. Att. 2. 2. Qu. Fr. 14. Gabinia lex. *ibid. 3. 4.*
GABIN I V S. pro Planc. 23. Gabina vicinitas. *ibid. 3. 5.*
GADES, *insula Hispania, & in ea urbs.* Corin. 39. Gades Herculis itinerum ac laborum terminus. *ibid. de Galitanis.*
GALATÆ, *Asia populi.* 6. At. 5. Galatarum auxilia.
GALEA, *capitis armatura.* 6. V. 79. In hoc fano loricis galeasque æneas P. Scipio posuerat.

GALE A T Y S. *vt galeata Minerua.* 1. de N. 101.
GALLE OTÆ, *temporibus Philistini nominabantur in Sicilia inter-*
pretes portentorum. 1. de Diu. 39.
GALLIA. de Pro. 39. Alter vltiore Galliam decernit alter cite-
torem. 8. Att. 3. M. Marcello Cosi finienti prouincias Gallias Cal. Martius ipse restitit. *ibid.* Gallia vltior. 8. Fam. 5. Propter Galliarum controvrsiam, pro Mur. 89. Gallia transalpina. 8. A. 27. Gallia comata.

TADIV N C T. *Vterior.* / cicerior, de Prou. Comata, 8. Ant. Transal-
pina, pro Mur.

GALLICAE, *crepide, solea.* 2. A. 76. Nullis nec gallicis, nec lacer-
na. *Sic enim legendum est, non, caligis, teste G.ilio lib. 13. ca. 22.*
GALLICANVS, *Gallicus.* pro Q. 15. De tota illa re atque ratio-

ne Gallicana inter se communicant. pro Syl. 13. Ager Gallica-
nus Picenusque. in L. Pison. 14. Prius Gallus, de in Gallicanus,
extremo Semiplacentinus haberi est captus.

GALLICVS, *Gallicanus.* 1. de Diu. 81. Brennus eiusque Gallicæ copiæ. pro Seft. 9. Pisauri & in aliis agri Gallici partibus. 2. C. 5. In agro Piceno & Gallico. de Cla. 57. Ager Gallicus & Picenus.

GALLINA, *ousiferu pre cunctis volucre altile.* 2. de N. 124. Anatum oua gallinis supponimus. 4. Ac. 57. Quæ id ouū gallina peperis-
set, dicere solebat. 2. de D. 56. Hoc igitur per gallinas Iupiter tā-
tē ciuitati signū dabat: || de Sen. 56. Abundans gallina caseo, &c.

TADIV N C T. *Permulta, 4. Acad.*

GALLINACEVS, *pro Mur. 61.* Qui gallum gallinaceum suffo-
cauerit, &c. 1. de D. 74. Gallos gallinaceos canere cœpisse. 2. de D. 29. Gallinaceum fel.

GALLINARIA *sylua, Roma.* 9. Fam. 2. 3.

GALLINARIVS, *qui Gallinas curat.* 4. Acad. 8. 5. Quoniam gal-
linarium inuenisti Deliacum, qui oua cognoscet.

GALLOGRÆCVS, *de Arusp. 2. 8. Brogitarus Gallogræcus.*

GALLONIUS, *præco, & in ignis helluo.* 2. de Fin. 90. Viuit vt Gal-
lonius, loquitur vt frugi ille Piso. pro Quint. 94. Quæstus &
sumptus Gallonij.

GALLVS, *auis, nota.* 2. de D. 56. Galli victi silere solent canere
victores. ibid. 57. Cur ante lucem galli cantant. 1. 74. Gallos gallinaceos sic assidue cantere cœpisse, vt nihil intermitterent. 2. 57. Galli silentio noctis (vt ait Ennius) fauent faucibus, rursus, can-
tu plausuque premunt alas. pro Mur. 61. Qui gallum gallina-
ceum suffoauerit. Ibid. 22. Te gallorum, illum buccinarum
cantus exuscitat. 4. ad Her. 63. Gallus è Phrygia.

TADIV N C T. *Gallinaceus, pro Mur.*

TQui est in Gallia transalpina genitus. 2. de Or. 2. 66. Gallus capti-
vus sub nodis distortus, cieetus lingua, buccis fluentibus, pro
Font. 2. Galli humanis hostiis deos placant. de Ar. 19. Galli ro-
bore, Hispani numero, Poeni calliditate, Græci artib. valent.

GAMELION, *mensis Ianuarius, Ianoni sacer propter nuptias.* 2. de
Fin. 101.

GANEAE, *lustra, loca libidini & helluationibus opta.* I.P. 13. Pauli-
sper stetimus in illo generarum tuarum nidore atque fumo.

GANE O, *helluo.* 2. C. 7. *Quis ganeo? quis nepos?* &c. pro Seft. 111. Egentilissimus ganeo. Postquam in Sen. 11. Cincinnatus ganeo.

TADIV N C T. *Cincinnatus, Postq. in Senat. Furiosissimus, atque egen-*
tissimus, pro Seft.

GANCES, *fluvius India maximus.*

GARETIVS, *id est, Epicurus.* 15. Fam. 16.

GARRIENDI. 1. de N. 109. Tanta est impunitas garriendi.

GARRIO, *garrire, est auum: sed usurpatur pro loqui, id est, sine delectu.*
12. Att. 1. Cum coram sumus, & garris quicquid in buccâ ve-
nit. 6. 2. Cupiebam etiam nunc plura garris: sed lucet, turget turba. 2. de Or. 2. Philosophi in gymnasii garrire ceperunt.

GARRYLV S, *loguax.* 2. ad Her. 16. Ut huius infantia garris-
lam disciplinam contemneremus.

GAYDEN S. 2. Att. 4. Animo æquo, imò vero etiam gaudenti ac
libenti.

GAUDEO, *lator, exulto, triumpho, letitia, gaudio exulto, gaudio*
triumpho, afficiar, lator. 3. de Leg. 1. Sancte gaudeo, quod te inter-
pellavi. 9. Att. 6. Quæ adhuc fecimus, probari valde gaudeo, si
est nunc vllus gaudendi locut. 2. Q. Fr. 11. Gaudeo tibi iucundas
meas esse literas. 3. 1. Quod scribis te à Cesare quotidie plus di-
ligi, immortaliter gaudeo. pro S.R. 136. Quæ perfecta esse gau-
deo, vehementerque lator. 16. Att. 17. Id tu nos obruiusse non
modo facile patire, sed etiam gaudreas. 9. 19. Meum factum
probari abs te triumpho & gaudeo. pro Mar. 10. Quare gaudie
tuo isto tam excellenti bono, & fruere cum fortuna & gloria,
tum etiam natura & moribus tuis. 1. de Fin. 37. Cum priuamur
dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestia gaudemus. 8. Fam. 14. Nunc furit tam gauisios homines suum dolorem. Ibid. 2. In theatrum Curionis Hortensius introit, puto ut
suum gaudium gauderemus. 1. 9. In molestia gaudeo. 3. Tuf. 51. Quoniam haec plausibilia non sunt, vt in sinu gaudent, glorio-
se loqui desinant.

TDelector. 3. Off. 12. 1. Cum intellexero te hoc scientia genere
gaudere.

TADVERB. Admodum, 2. de Leg. & de Clar. Immortaliter, 3. ad Q. Fr.
Incredibiliter, ep. ad Brut. Maximè, 10. Fam. Magnoperè, 2. Attic. Pla-
nè, 5. Att. Perpetuò, 14. Fam. Valde, 9. Att. Vehementer, 6. Attic. Vehe-
menter, sapè, 2. cont. Rull. Vehementissimè, 1. Fam.

Syntax. *Immortaliter gaudeo, Gaudeo, Vehementer, lator, id*
euensis triumpho & gaudeo, Gauisus est eius dolorem. Alterius gau-
deri gaudium. In sinu gaudere.

GAVD I VM, *latitia, fructus.* 4. Tuf. 13. Nam cum ratione animus
mouetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur:
cum autem inaniter & effusè animus exultat, tum illa latitia
gestiens, vel nimia dici potest: quam ita definiunt, sine ratio-
ne animi elatione. 1. C. 26. Hic tu qua latitia perfruere? quibus
gaudiis exultabis: quanta in voluptate bacchabere? Antequam

10. Itaq; quod putau fore gaudiū, id extit exitium. 5. de Fin.
69. Gaudio compleri, aifici, perfundi.

† A D I V N C T. Commune, 14. Phil. Exile, 16. Fa. Falsum, 6. Famil. Incre-
dibile, 9. Famili. Infatiable, perpetua, plenaque, 5. Tusc. Maximum, 10.
Philip. Nimum, 2. Fam. Summum, 1. Famili. Vera, pro Mil.

G A V R V S, mons, 2. contra Rul. 36.

G A Z A, vox Persica, ararum, pecunia, thesaurus, regia opes, bona fortu-
ne, 7. pro Poin. 66. Qui ab auro gazaque regia manus abstinif-
fet. 2. Off. 76. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, poti-
tus est Paulus. pro Dom. 60. Omnim locupletum fortuna,
omnium prouinciarum fructus, omnium regum bona. Part. 6.
Pecunia veftigal, diuitiae, fructus.

† A D I V N C T. Maxima, 2. Offic. Pacatissimæ atque opulentissimæ, pro
Seft. Regia, pro Pomp.

G E D V S A N V S, ager, 2. contra Rul. 49.

G E L L A, oppidum Sicilia, 6. V.

G E L E N S E S, populi. Ibid. 73.

G E L I D U S, frigidus, alſor, 2. de Leg. 6. Fibrenus præcipitat in Li-
rem eum multo gelidiore facit: nec enim vnum hoc frigi-
dus flumen attigi, 2. de Natu. 98. Adde huc fontium gelidas
perennitates. 1. C. 31. Si aquam gelidam biberint.

G E M I N A T I O, exornatio verborum, 3. de Or. 204. Geminatio
verborum habet interdum vim. leporem, alias.

G E M I N A T V S, de N. 14. Sol geminatus. id est, duo soles. Par. 21.
Verba geminata atque duplicata.

G E M I N O, duplico, in Arat.

Perse ut parum tranans geminauerit orbem.

G E M I N V S, similiſ pro S.R. 118. Par est avaritia, similiſ improbi-
tas, eadem impudentia, gemina audacia. pro Qu. R. 55. Et similiſ
& maximè gemina societas hæreditatis est. 5. V. 135. Con-
sorti quidem in lucis atque furtis, gemino & simillimo ne-
quitia, improbitate, audacia.

¶ Duplex, in Arat.

Qua volat & serpens geminis fecat aera pennis.

pro Sest. 82. Cum quererent alij Numerium, alij Quintium, ge-
mini nominis errore seruatus est. 2. de Diu. 120. Geminio lucer-
nae lumine declarari disensionem. I.P. 41. Vos geminæ voragi-
nes, scopulique reip. 3. de Or. 180. Alia sunt geminæ percussio-
nes, quibus, &c. pro Clu. 46. C. & L. Fabricij fratres gemini fue-
runt. 2. de Diu. 90. Fratres gemini. 4. Acad. 56. Serullij gemini.
ibid. Ut mater internoscit geminos consuetudine oculorum,
sic tu internoscas, si afflueris. 2. de Nat. 110.

Et natos geminos iauis sub caput arcti.

ibid. Sub lœua geminorum.

† A D I V N C T. Similes, 4. Acad.

¶ Syntaxis. Geminus & similiſ. Fratres gemini, & gemini (sue
Fratres,) Nati gemini. Gemina ale, & percussions (de duobus atque
pluribus.)

G E M I T V S, susprium, vox dolore expressa. pro S.R. 24. Vt tota vrbe
fletus gemitusque fieret. Postquam in Senat. 16. Saltem dum
conticescat lamentatio & gemitus vrbis. de Ar. 39. Non sunt illi
gemitus & eiulatus Philoceta tam miseri. 2. A. 85. Gemitus &
plangor toto foro. pro Seft. 68. Obuiam tota ciuitas cum lacry-
mis gemituque processerat. 1. Tusc. 57. Gemitus lamentabilis.
Incert. Vt cogat in gemitum.

† A D I V N C T. Acerbi, miseri, de Arusp. Lamentabilis, imbecillus ab-
iectus, flebilis, 2. Tusc. Liber populi, 2. Phi. Magnus ciuitatis, 3. Ver. Ma-
ximus, 4. Ver. Tantus, 6. Ver.

¶ Synt. Fletus gemitusque fit. Lamentatio & gemitus. Gemitus &
eiulatus. Gemitus & plangor. (agnoscere granitatem copulatorum.)

G E M M A, lapillus preciosus omnis, sue perlucidus, sue non. 6. V. 1. Ne-
go vllam gemmam aut margaritam fuisse, quin abstulerit. Ibid.
62. Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. Ibid. Vas vina-
rium ex vna gemma pergrandi. de Sen. 59. Cyri ornatus Persi-
cus multo auro, multisq; gemmis. 4. ad Her. 61. Corona aurea
magnis fulgentibus gemmis illuminata.

¶ Oculus & germen in stirpis. de Sen. 53. In vitibus ineunte vere
existit tanquam ad articulos sarmientorum ea qua gema dicitur.

† A D I V N C T. Clarissima & plurimæ, pergrandis, 6. Ver.

G E M M E V S, 6. V. 62. Trulla gemmea.

G E M M O, quod Colum. & Plin. dicunt Gemmara. Or. 81. Siquidem
est rusticorum gemmare vites, sitire agros, latas esse segetes. de
Or. Gemmara vites, luxuriam esse in herbis, &c.

¶ Syntaxis. Multo auro, multisq; gemmis. Magnis fulgentibus gem-
mis illuminata corona.

G E M M O, gemitum facio, ingemmo, ingemisco. 14. Attic. 24. Hac me
species cogitatioque perturbat, ne gemam Antequam 29. Equi-
tes Rom. quorum factis gloriuntur ciues, latentur socij, gemut
hostes. pro Plan. 101. Hos pro me lugere, hos gemere videbam.
pro Seft. 66. Hac gemebant boni, sperabant improbi. I. P. 25.
Quorum nemo te aspexit, qui no gemeret desiderio mei. Post-
quam in Senat. 11. Qua minus occulte vestrum malum gene-
retis. 2. At. 19. Grauites istam virtutem.

G E M M O. Ibid. 18. Hic status vna omnium voce gemitur.

† A D V E R B. Clarè, grauites, 1. Att. Leuit. 2. Tusc. Occulte malum,
Postq; in Senat.

¶ Syntaxis. Gemore, absolutè, & gemere damnum, & damno, &
siderio. Libertas amissa gemetur à viris.

G E N A E, oris partes eminentiores, oculis subiecte, qua male quoque di-
cuntur. 2. de Nat. 143. Genæ ab inferiore parte tutantur oculos
subiectæ leviterque eminentes. 3. Tusc. 62. Mulieres laceratio-
nes genarum. 2. de Leg. 59. Mulieres genas ne raduunt. I. P. 1.
Pilosæ genæ, dentes putridi. 3. Tusc. 26. Lacryma peredere hu-
more exangues genas.

† A D I V N C T. Exangues, 3. Tusc. Pilosa, in Piso.

G E N E A L O G I A, sic enim legendum est, non Genealogi; qui de ortu &
originibus scribunt. 3. de Nat. 44. Dij, qui à genealogis antiquis
nomisantur.

† A D I V N C T. Antiqui, 3. de Nat.

G E N E R , filia vir. 4. Attic. 2. Is abiecta toga se ad generi pedes
abiecit.

G E N E R A L I S, communis, vniuersus, confusus, laetè manans, ad mul-
ta pertinens, laetè patens. 1. Off. 96. Generale quoddam decorum
intelligimus, quod in omni honestate versatur: aliud huic sub-
iectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. 1. de In. 10.
& 14. Cum de genere negotij controuersia est, constitutio ge-
neralis vocatur. 1. 61.

G E N E R A L I T E R, communiter, vna comprehensione. 1. 39. Nam
tempus quidem generaliter definire difficile est.

G E N E R A T I M, generaliter, vniuersiter, || id significat, quod Logici

¶ nostri generaliter, vniuersaliter, dicunt. Sic [specialiter] particulariter,
speciatim effert Cicero. 4. V. 168. Ergo ab vniuersa prouincia, ge-
neratimq; a singulis eius partibus diligetur. Ibid. 137. Nam aut
publicè ciuitates istos honores habent, aut generatim homi-
nes, vt aratores, mercatores, nauicularij. I.P. 5. Quid avaritia,
qua criminibus infinitis implicata est, summam nūc explicem:
generatim ea, qua maximè nota sunt, dicam. Or. 47. Orator per-
curret omnes locos, vtetur aptis generatim. 1. de Ora. 58. De lu-
re generatim in ordines atque descriptio. 2. 142. Sed hæ
Crassus aliquando vobis expediet, & disponet descripta gene-
ratim. 1. 186. Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta genera-
tim componerent. 4. Acad. 47. Exponam igitur generatim argu-
menta eorum. 1. At. 6. Non nominatim, sed generatim prescri-
ptio est informata.

¶ Per singula genera: unde distinctio cōtra primam significandi vim.
7. V. 141. Nam quid ego de ceteris ciuitatibus Rom. suppliciis si-
gillatum potius quam generatim atque vniuersè loquar? Hinc
perspicuum est, generatim pro generaliter usurpari. 2. de Or. 42. Inf-
initum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quer-
retur, hoc modo: Expertendé esset eloquentia, expertendé
honores. 2. de Inu. 18. Vt si amicitia quid causa factum diceretur,
si inimici vlciscendi, si metus, si gloria, si denique, vt omnia ge-
neratim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendi
ue commodi causa, &c.

G E N E R A T O R, genitor. de Vn. 34. Qui nosse generatores suos
optimè poterant.

G E N E R A T V S, de Vn. 4. Semperne fuerit mundus, nullo gene-
ratus ortu, an ortus sit. 5. Tusc. 69. Initia, vnde omnia sint orta,
generata, concreta. 1. Offic. 22. Homines hominum causa esse
generatos. 4. A. 5. Mars à quo populum Romanum generatum
aceperimus. 5. Off. 103. Neque enim ita generati à natura sumus,
vt ad ludum & iocum facti esse videamus.

G E N E R O, gigno. 1. de Legib. 27. Hominem generavit & ornavit
Deus.

G E N E R O S V S, qui altiore animo est, magnanimus, præstans, magni-
ficus, clarus. 3. Off. 86. Cum de imperio certamen esset cum rege
generoso ac potenti. de Clar. 213. O generosam stirpem, 1. de D.
20. Ciuii generosa stirpe profectus. 1. Tusc. 16. Quod natura
ipsa, & quædam generosa virtus statim respuit. de Am. 29. Hu-
miliem fænæ relinquunt, & minimè generosum, vt ita dicam, or-
tum amicitiae. de Cl. 26. 1. Voce, metu, forma etiam magnifica &
generosa quodammodo. Parad. 3. Virgo generosa & nobilis.)
. Ignota. de Amic. 29.

¶ Syntaxis. Rex generosus. Ciuiilis generosa stirps. Generosus, (hu-
milis amicitia ortus. Forma magnifica & generosa.

G E N I A L I S, nuptialis, voluptuarius. pro Clu. 14. Lectus ille-
galis, quem biennio ante filia suæ nubenti strauerat.

G E N I C V L A T V S, geniculis distinctus. de Sene. 51. Culmus geni-
culatus.

G E N I T A L I S, indigenitalis, gentilitius. Lege, & v. m.

G E N I T I V V S, casus. in Or. 156. Genitiorum pluralium neutro-
rum secundæ declinationis syncopa.

G E N I T O R, generator. de Vn. 24. Quo nihil ab optimo genitore
melius procreatum est. Ibid. 41. Imitantes genitorem & effe-
ctorem sui. 2. de Diu. 64. Genitor Saturnius, &c.

† A D I V N C T. Optimus, de Vniers. Optimus & præstantissimus, 3.

¶ Syntaxis. Genitius pluralis. Genitor & effector.

G E N I T R I X,

GENITRIX, procreatrix. 2. de Diuinat. 63.
Nona super tremulo genitrix clangore volabat. Poëtz.
GENS, natio. 3. de N. 93. Deum non curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes. 1. Offi. 53. Propior est ciuidem gentis, nationis, lingua. 4. C. 12. Qui id egerunt, vt gente Allobrogum in vestigis huius vrbis collocarent. pro Font. 25. Exteras nationes & gentes. pro Pomp. 31. Gentes ac nationes. 1. C. 9. O di immortales, vbinam gentium sumus. 6. At. 3. Quippe res est in manibus, tu autem abes longè gentium. 12. Fam. 22. Nostris nez rotoz, longè gentium absunt. de Prou. 31. Nulla gens est, quæ non aut ita subiecta sit, vt vix extet: aut ita dominata, vt quiccat: aut ita pacata, vt victoria nostra imperioque latet. Ibid. 33. Quas regiones, quæque gentes nullæ nobis antea literæ, nulla vox, nulla fama, nota fecerat, has noliter imperator nostrarque exercitus, & populi Romani arma peragrarunt. pro M. Scavi. Sordidissimæ, leuissimæ, vanissimæ genti, ac propè dicā pellit. testibus, condonetur. *Sardos intelligit.*

Genus, & familia. 7. V. 142. Vbicunque terrarum & gentium. pro Flacc. 1. Gens Valeria. 1. de Or. 176. Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudijs eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse dicebant. 4. Acad. 126. Cleanthes quasi minorum gentium Stoicus. 1. Tusc. 29. Dij maiorum gentium. 9. Fam. 21. Patricij minorum gentium. *Lege, FAMILIA.*

ADIVNCt. Acuta, & conuersa naturæ, antiquæ. 3. de Leg. Barbaræ, aut immanis, pro Syll. Barbaræ, 2. de Inu. Barbaræ, multitudine innumerabiles, locis infinita, omni copiarum genere abundantes, pro Mar. Bellicoz, 4. Philip. Cara, tota, pro Flac. Efferata immanitas, 1. de Nat. Exteræ, tantæ, & in testimonio religiosæ, pro Ponz. Extremæ atque ultimæ. 7. Vert. Fallacissima, fera, 8. Attic. Fera, fortis, 1. Tufcul. Peræ, & armata, pro S. R. Finitudinæ, immanes, inimica huic, aut in fide, incognita aut fera, & immanes, & barbaræ, & bellicosæ, de Prou. Maxima, de Prou. 7. Humana atque docta.) . immanis ac barbaræ, 1. de D. Integræ, pro Pomp. Integerimæ, & pacatissimæ, pro Dom. Maiores, 4. Acad. Mansuetæ, fera, 1. de Leg. Minores, 9. Attic. Multæ, 15. At. Plurimæ, de Senec. Sæua, 2. Tusc. Ultimæ, 15. Att. Vniuersæ, Pro Corn. Balbo.

Syntaxis. Nec natio nec gens. Gens, natio, lingua. *Gens Allobrogum.* Nationes & gentes. & contrà. Vbi gentium? Abesse longè gentium. Vbi terrarum & gentium?

GENTILIS. || vocarunt Latini eum gentilem, qui ex eadem familia ortus est. & dico eodem nomine appellatur. Top. 29. Gétiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruuit, qui capite non sunt dimicati. 2. de In. 148. Si furiosus est, agnitorum gentiliumq; in eo pecuniæq; eius potestas esto. 1. Tusc. 38. Antiquus sane fuit enim meo regnante gentili. de Cl. 109. Tumetiam gentilis Brute M. Pennus. de Vn. Homines deorum immortalium quasi gentiles sunt. 4. V. 190. Responde mihi nunc Verres, quæ esse hunc tuum penè gentilem verrarium putas? || de Vn. 36. Homines deorum quasi gentiles.

GENTILITAS, gentilium ius, conditio, ratio, habitudo, nexus. 1. de Orat. 176. In ea causa fuit Oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum.

GENTILITIVS, gentis & generis commune. de Arusp. 32. Qui sacrificia gentilitia illo ipso in facculo factitarunt.

GENV, genus, nodus, in quo femora distinunt, cuius pars posterior, poples dicitur. Postq. in Sen. 16. Tu affincm tuam, filiam meam superbissimis verbis à gentibus tuis repulisti. 2. Tusc. 57. Genu M. Antonium vidi, cum contente ipse pro se diceret, terrâ tangere. Genuinxus, qui genu flexo connitur. *Lege, ENGNASIS.*

GENVARIVS, nummus. Genus cūsus. qua erat in Cæsar's prouincia. 6. Att. 1. Sed heus tu, Genuarios à Cæsare per Herodem, talenta Attica L. extoristi?

GENVINVS. 2. de Nat. 134. Dentiū aduersi acuti diuidunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur.

GENVS, genu, in Arat. Atque inter flexum genus, &c. & lauum genus. & ibidem sepius, poetica licentia.

GENVS, natura, commune genus, genus primum, genus vniuersum.

Top. 31. Genus est notio ad plures differētias pertinentis: forma est notio, cuius differentias ad caput generis, & quasi fontem referri potest. 1. de Ora. 189. Genus, id est, quos sui similes communione quadræ, specie autem differentes duas aut plures complectit partes. 1. de Inuen. 32. Genus est, quod plures partes amplectitur: vt animal pars est, quæ subest generi, vt equus: sed sæpe eadē res alijs genus, alijs pars est: vt homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus. Ibid. 42. Genus est, quod partes aliquas amplectitur: vt cupiditas pars est, quæ subest generi: vt cupiditati amor, avaritia. Ibidem. Quare cum genere idem sit, si aliud, quod quadam parte & specie differat. 3. de Orat. 31. Formæ dicunt species dispare, genere laudabiles. Ibid. In ea varietate Oratorem ferre melius à deteriore facultate magis quam genere distinguitur. pro Sest. 97. Sed genus vniuersum breui circumscribi & definiri potest. Ora. 117. Idem genus vniuersum in species certas partitet & diuidet. 2. de Orat. 118. Et idem de cæteris rebus eiusdem generis vel separatum dicere solemus de genere vniuerso, vel definitè de singulis temporis-

bus, hominibus, &c. 2. de Inu. 146. Lex scripta, vel de genere omni, vel de parte quadam. 2. de Or. 135. Argumenta reuocetur oportet ad genus & ad naturam vniuersam. Ibid. 138. Oratio ad vniuersi generis disputationem referatur, necesse est. Ibid. 133. & 134. Generum vniuersæ quæstiones. Ibid. Perpetui iuris & vniuersi generis quæstio. Or. 16. Neq; verò sine Philosophoru disciplina genus & specie cuiusq; rei cernere, neq; cā definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus. Tribuere rē vniuersam in partes, i. genus. *Lege, TRIBVS* 0. de Opt. 3. A perfecto qui absunt, non genere differunt, vt Actio Terentius, sed in eodem non sunt pares. pro Fla. 23. Quærendum est ergo de communi genere testium. 2. de Or. 65. Generum infinita quæstiones. Ibid. 145. Genera esse definita non solum numero, sed etiā paucitate. 1. 190. Si quis omnē ius ciuile in genera diuidat, quæ per pauca sunt. Ibid. 109. Res aliquas verbis designare, generibus illustrate, partib, distribuere. 4. Acad. 50. Nihil de suo genere in aliud genus trasferri potest. 2. Off. 4. Mihi hæc oratio susceppta non de te est, sed de genere toto. Ibid. 60. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitiosa est, temporibus necessaria. 3. de Fin. 34. Sed ea æstimatio genere valet, non magnitudine. 3. Tusc. 24. Perturbationes genere quatuor sunt, partibus plures. 2. de Or. 166. Genera & partes generibus subiectæ. 2. de Inu. 56. Non in omnem causam, sed in omne genus causæ incidentur. 1. Qui diligenter omnium cauſarum vim & naturam cognoverit, cūm genere primo, tum etiā formâ eas intelligat dissiderere. pro C. Corn. 1. Quatuor omnino genera sunt, in quibus per Senatum more maiorum statuuntur aliquid de legibus. Vnum est eiusmodi, &c. Alterum, &c. Tertium est de legum derogationibus: quo de genere persæpe Senatus consulta fiunt. 6. Att. 2. His ego duobus generibus ciuitatum facultatem ad se ære alicio liberandas aut leuandas dedi.

Species, 5. Tusc. 37. Natura quicquid genuit, in suo genere perfectum esse voluit. 2. de N. 41. Sol efficit, vt omnia florent, & in suo quæque genere pubescant. pro Dom. 75. Tantus splendor generis hominum, ætatum, ordinum. 3. de Orat. 117. Explicatis his generibus & modis disceptationum. * Oecon. 1. Ne genus humanum temporis longinquitate occideret.

Ratio, modus, discriminis, res, ordo: uti formula demonstrabunt. Or. 42. Orationis genus sonans est in illo epidictico genere. 1. de L. 22. Ex tot animantium generibus atq; naturis. 2. de N. 99. Varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum. de Cl. 129. Licinius genere toto feruidor. 3. Q. Fr. 4. Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo quam mihi. 1. Off. 17. Implicari aliquo certo genere cursuque viuendi. 3. de Or. 165. Ex quo genere hæc sunt. 1. 210. Et eius generis homines. 3. 165. Ex eo genere. 13. At. 13. Orationes, aut aliquid id genus soleo scribere. 2. de Inu. 162. Quod genus, pactum, par, iudicatum. Ibidem. Quod genus, virtus, scientia, veritas est. Ibid. 166. Quo in genere est gloria. 2. ad Her. 48. Quod genus hi sunt, qui, &c. 1. de In. 25. 4. de Fi. 4. Ceteraq; quæ sunt generis eiusdem. 1. Off. 7. Et quæ sunt generis eiusdem. 2. de Fi. 23. Istius generis asotos. pro Corn. 15. In omni genere & varietate artium excelleri. 1. de Ora. 223. Teneat oportet venas cuiusque generis, ætatis, ordinis. 5. A. 13. Num ex iudicium genere & forma. Ibid. 12. Si hoc genus in vnum redigatur. i. si omnes ha pecunia congregentur. 6. A. 4. Semper eum duo genera, lenonum & latronum, delectarunt. pro Sest. 119. Non sum tam insolens in dicens, vt omni ex genere orationem aucuper. pro Pl. 45. In hoc genere & suimus ipsi, & alij complures. 4. Fa. 13. In hoc toto genere plura faciam quam scribere audeo. 1. Q. Fr. 2. Qua de re & de hoc genere toto pauca cognosce. 7. Brut. Tuum consilium, Brute, de toto genere belli. Ibidem. Quid sentiam tota de constitutione huius belli, &c. 2. Qu. Fr. 2.. Te quotidie in omni genere desidero. 16. At. 1. Is me in omni genere delectauit. 1. 212. Tota domus in omni genere diligens. 3. Tusc. 11. Quo in genere Athamanem furere dicimus. de Amic. 63. Sunt igitur constantes eligendi amici, cuius generis magna penuria est. 1. At. 6. Quo in genere magno studio efferrimur. 2. de Orat. 17. Qui in aliquo genere inconcinnus est, is ineptus dicitur. Ibid. 28. Huic generis plenus est Nævius. 7. Att. 1. Prudentia tua, quam in omni genere iudicio singularem. Orat. 94. Genus hoc Graci appellat *ανηγειαν* nomine recte: genere melius ille qui ista omnia translationes vocat. 4. V. 18. Ut intelligatis eum Romæ quæsse, non modo genera furandi, sed etiā nomina. 5. Tusc. 22. Diuitiae genere, non numero cernuntur. de Opt. 3. Oratorem genere non diuido: perfectum enim quæro. Ibid. Vtrum id sit non genere sed gradu pro Pœm. 27. Bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculorum, &c.

Gens, natio, populus, 4. A. 13. Virtus, quæ propria est Romani generis atque feminis.

Familia, stirps. 7. V. 179. Qui nobili genere nati sunt. pro S. R. 15. Aliquis genere ac nobilitate suæ ciuitatis facile primus. 2. de Or. 286. Quidam malo genere natus. pro Cec. 58. Seruit uxæ familiæ & genere, & nomine cōtinentur. pro Mur. 15. Contépsi L. Muræ genus, extulisti tuū. pro Fl. 9. Natio Græcorū, &c. à genere

à genere isto, &c: in illo numero, &c de Clat. 212. Scipionis genus est ex ipsius sapientiae stirpe generatum. in L. Pilon. Qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus.

¶ Natura. 1. de Inu. 35. Hominum genus in sexu consideratur virile an muliebre sit. Leg. FAMILIA.

† ADIVNC T. Abiectum, amplissimum, aptum auribus, & tanquam adipale, come per orandi, iucundum ad benevolentiam conciliandum, dulce, & solutum, effluens sententias, argumentum, verbis sonans, aptius Pompæ, quam pugna, insigne orationis, forens, pictum, & expolitum, melius, aut fortius dicendi, multa discendi, & distatia inter se, nouum atque inaudicium, ornatum, copiosum, pauca cauarum. (plura, diuersa, plenius, purum, & candidum dicendi, quotidianum sermonis, subtile, & acutum dicendi, subtile dicendi in probando, modicum in delestanto, vehemens in fletendo, summum, & perfectissimum eloquentia, tenuem, vberius, & robustius, vehemens orationis, incensum & incitatum, Orat. Accuratus orationis, acutissimum & subtilissimum, contraversa, definita, difficile, facetum, elegans Oratorum, fsum atque traditum, fsum, peracutum, & breue sermonis, grandius, & illustrius, grauiora orationum, hebes, atque impolitum, hominum inimicum, innumerabilia cauarum, non infusum, liberale, non liquidum, non fsum ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum sermonis, leue, & vehemens, magnificum, atque præclarum, medicatum, molitora, & remissiora, mororum, superstitiosum, gloriosum, suspiciosum, stultum, notissimum, ridiculum, nouum, perlegans, & cum grauitate falsum, & alicui rei accommodatum, ridiculum imitatione, totum, vehemens, atque atra orationis, 2. de Orat. Accuratus, & exquisitus, acutum, prudens & idem sincerum, solidum & exsiccatum, amplissima, aptiora dicendi, aptum atatis, multo aptius iudicis quam concionibus, Asiaticum, Atticum dicendi, compositum & agreste, & expeditum dicendi, elegans orationis, eruditum, exornatum, & facetum verborum, mulè facilius, & liberius, limatus dicendi, exquisitus & miuim vulgare, furiosum & peccatum, & feruidum, falsa, forense, certatorium, iudiciale, non tam historicum quam oratorium, inflatum & corruptum orationis, magnificientius, & ornatus dicendi, mole, & Xenophontium sermonis, oppidanum & inconditum dicendi, peracutum orationis, & artis plenum, sed tamen exile, placidum, & sanum dicendi, populare dicendi, præclarum literarum, sententious & argutum dictio, splendidius, & magnificientius, versutum & solers, acuminis in reprehendendis verbis, sed sèpè stomachofum, non nunquam frigidum, interdum etiam facetum, volucræ, atque incitatum verborum, de Clat. Acerbum iudicij, æquum iudiciorum, aptius studiis literarum, consolare, Pratorum, pro Planc. Acutum vacis, incitatum, crebro incidens, flexibile, plenum, interruptum, demissum & hæsitans, & abiectum, contentum, vehemens, imminens, effusum, lene, tenerum, hilaratum, ac remissum, graue, & vno sono, ac presu abiectum, alienum disputationis, aptum & congruens, forte, vehemens, commotum in agendo, præmunitum, & ex omni parte septum, acre, acutum, enucleatum, in vnaque re commorans, honeste cedens, acriter insequens, terrens, supplicans summa orationis varietatem, humandum, lene. (asperum, contractum, diffusum, fractum, fuscum, attenuatum, inflatum, leue, & inimicum, subtile orationis, & certe acutum, sed vt in Oratore exile, inustum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, name, & ieiunum, 3. de Ora. Acutum, & ad vsus ciuium non initiale, Aequabile & temperatum, orationis genus, certum, illiberal, peccatum, flagitiosum, obscurredum. (elegans, vrbani, ingeniosum, factum locandi naturale, & honestum, non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum, locandi, quietum disputandi, 1. de Finib. Nis acutum hominum, & suspicio, cuius cauarum, clara, & perspicua, multa, non naturalia, diuinandi, sed artificiosa, rarum, varia terrarum, vera diuinandi, 1. de Diu. Aduersum infestumque, pro Mil. A. 7. 8. 9. dicendi, prouinciale, 6. Attic. Agreste, contraria, non nimis compunctum aut politum, docetum hominum, expolitum hominum, finitum quæstionum, firmum testium, fsum suapte sponte loquendi.) (versum atque mutatum, infirmum testium, latum & vanum, probabile orationis, proprium virtutis, reliquum, siue dicendi, varium, vberius, ad dicendum, clivatibus vtilius, Parti. Ambiguum, ratiocinatum, definitum, avarum mulierum, demonstratum, deliberatum, iudiciale, dissimilia, diuersa, diuinum, & mortale, virile, & muliebre, falsum argumentationis, communis, vulgare, leue, remotum, controversum, perspicuum, non concecum, turpe offenditum, contrarium, inconstans, aduersum, honestum, admirabile, humili ances, obscurum, pars, publicum, commune, singulare, religiosum, commune, dubium, simile, simplex, superius argumentandi, vito fsum alicuius rei, vtile, 1. de It. Antiquissimum alicuius rei, nobile, canum, terrenum principiorum, vacans nomine, 1. Tusc. Minime arrogans, maximeque constans, & elegans Philosphandi, artificiosum & naturale diuinandi, lenissimum & indoctissimum, particeps artis.) (quod caret arte, ita lidum, 2. de Diu. Asperitus, refractario dicendi, 2. Att. Aureum, canonum & fuscum.) lene & asperum vocis, disparity, igneum, permulta, 2. de Na. Captiosissimum interrogatio, differentiation, tortuosum disputationi, vito fsum & captiosum, 4. Acad. Certa rerum, 1. Offic. Certissimum epistolaram, familiare, & iocosum, seuerum, & graue, 2. Fam. Commune, pro Flac. Complura, Multa, & varia dicendi, nitidum & latum verborum, varia dictio, & ad vulgarem vsum accommodata, vniuersum, vulgare orationis, 1. de Orat. Contrarium, dispar, dissimile, iuridicale, probabile, & necessarium, translatuum, 2. de Inu. Conneniens, consentaneumque, dulce, sceleratum, impium, deliberatum, pestiferum atque impurum, subtile, vel spinosum disserendi, 3. de Fin. Declamatorium, paulo eruditius, & literatus, 3. ad Q. Fr. Definitum.) (infinitum quæstionis, vltimum, Top. Diligen- tius atque officiosus hominum, voluntarium studiorum, de Pet. Conf. Diuinum, celeste, pennigerum, aërium, aquatile, terrestre, animalium, 3. de Leg. Diuinum atque incredibile, Postq. ad Quir. 1. 2. 3. 4. 5. Limatus, 5. de Fin. Fœdum, 15. Att. Frumentarium, nouum iniuriarum, contumeliarumque, ac singulare atque incredibile, optimum, infinitum, & honestissimum hominum, periculosum iniuria, prouincialis, perniciosa ordinis alicui, Senatorium, commune ac iam propè concessum cogenda pecunia, 5. Verr. Grauior, & detestabilia lugendi, minus malitiosum, varia, 3. Tusc. Grauior, & difficiliora, rariora, & diffiliora, 15. Fam. Honestissimum, ac nobilissimum horribile, & pertinacendum, maternum, pro Syll. Humanissimum hominum, 1. ad Q. Fr.

Ignatum, atque iners interrogationis, de Fat. Improbum prædandi, & inanum, 1. animarum, mutum, 1. loquens, ingenuum hominem, optabile, simplicia, 1. mista, 5. Tusc. Improbum, sed non inaudiu- sum, infinitumque, nauale quæstus, 7. Ver. Incredibile literarum, ma- gnum, mirificum, 13. Fam. Inculcum agrorum, propter sterilitatem va- sum, atque desertum propter pestilentiam, moderatum hominem, 2. con. Ru. Inferius hominum, vniuersum, amantissimum oij, 4. Cartil. Infimum, pro Corn. Infinitum, 13. Phil. Insolitum, remissum dicendi, pro Self. Inimicissimum, optimum, atque honestissimum, 4. Ver. No- rum ac singulare supplicij, 6. Ver. Inuictum, 3. Phil. Lubricum orationis, paternum, præcepis orationis, in Pilon. Maximum, pro Ceci- Miserum, atque acerbum confolutionis, triste, & miserum his tem- ribus, consentaneum, 4. Fa. Non modò liberum, sed etiam incitatum, atque elatum scriptorum, proclivius literarum, solutum scripture, 6. Fam. Mortale, regale ciuitatis, 1. de Leg. Necesarium bellum, vata & diuersa, pro Pomp. Nequissimum leuitatis, 5. Ant. Occultum, pro Dom. Oratorium dicendi, Par. Otiolum hominum, maxime rarum, & penè diuinum hominum, de Am. Plurima cauarum, 2. Off. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Att. Pulcherrimum mortis, 14. Phi. Regal. optimas, & popularis Reip. 2. de Rep. Robustum, varium, & mixtum, & turbulentum hominum, 2. Cat. Seditionis, & inertiissimum, 11. Fam. Singulare, pro Quin. Stabiliora & diuturniora premiorum, 2. ad Q. Fr. Tolerabile, multiplex, de Opt. gen. Or. Tam trifite, & tam aperum, pro Cæl. Non solùm turpe, sed iam etiam necessarium pecunia capi- da, pro Rab. Vniuersum, vistatum sermonis, 3. de Nat.

¶ Synt. Renova ad genus, & ad naturam vniuersam, & ad vniuersam genus. Generibus illustrare. In suo genere cuncta perfecta sunt, ille ge- nere toto feruidior. (in omni dicendi ratione ac semper.) Ipsi genere vel ex quibus sunt. Te in omni genere desidero. (omnibus de causa.) In omni genere prudens. Bellum genere necessarium. (per se.) Romanum genus, ac semen. Genere ac nobilitate sua ciuitatis primus. Scipionis genus.

GEORGRAPHIA. 2. Att. 4. De geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam.

GEOMETRA, geometres. 3. Offic. 3. Geometra solent non omnia docere, sed postulare, ut sibi quedam concedantur, quo facilius, que velint, explicit. 4. Acad. 116. Geometra prouideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere. 3. de Fin. 4. & 2. de D. 15. & de Fat. 15. Geometra, musici, grammatici, &c.

GEOMETRES, geometra. 4. Acad. 22. Quomodo geometres cer- nere ea potest, quæ, &c.

GEOMETRIA. 1. Tusc. 4. In summo apud Græcos honore geo- metria fuit. 3. de Orat. 130. Geometriam Euclides & Archimedes tractauerunt. 2. de D. 10. Quæ in geometria describuntur, mathematicorum sunt, non ariolorum. 1. de Finib. 1. D. Dicere geometriam ab aliquo. 1. de Orat. 187. In geometria linea- manta, formæ, interwalla, magnitudines. 1. Offic. 19. In geometria S. Pompeium ipsi cognouimus.

† ADIVNC T. Falsa, tota, 4. Acad.

GEOMETRICA. 1. Tusc. 57. Quasi geometrica didicisset.

GEOMETRICVS. Ibid. In illo libro pusionem quendam So- crates interrogat quædam geometrica de dimensione quadra- ti. 2. de D. 12. Si velim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. 4. Acad. 117. Quod si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, ne ille longè aberit, ut rationibus creditur Philosophorum. 12. At. 5. Sed tu me ignoranter refelleras.

GERMANE, fraternæ. 2. Q. Fr. 14. Ego tibi germanæ fraternæ que rescribam. (adverte copulatum.)

GERMANI, populi. 14. At. 9. pro Cor. 32. de Pro. 33. I.P. 81.

GERMANITAS, communio sanguinis: Barbari fraternitatem di- cunt. Virg. & Liu. consanguinitatem. pro Lig. 33. Moueat te horum pietas, moueat germanitas. de Ar. 42. Clodius in domestis est germanitatem stupris volutatus.

GERMANVS, ex eodem genere & stirpe eadem orti, presertim fratre & sorore. 3. V. 12. 8. C. Fannius frater germanus Qu. Ticinij, 5. de Fin. 1. L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. pro Mil. 74. Clodius cum fratre germana nefarium stuprum fecit. pro Font. 36. Cum præfertim virgo germana fratrem complexa teneat. Part. 88. Coniuges, liberi, germani pa- rentes. 11. A. 14. Nisi forte iure, germanum Cimber occidit. locutus est ex ambiguo. Orat. 32. Hi cum mutila quædam & hiantia locuti sunt, germanos se putant esse Thucydidis.

¶ Verus ac sincerus. 3. Offic. 69. Sed nos veri iuris germanæ: iu- stitia solidam & expressam effigiem nullam tenemus. 2. de Leg. 3. Hæc est mea germana patria: hic enim ortus sum. 2. contra Rul. 96. Illi veteres germani, Campani. de Clat. 296. Hæc ger- mania ironia est. pro Cæl. 16. Germani luperci. 1. Att. 15. Subli- strum autem censerit, germani negotiatoris est. 4. 5. Att. num germanum fuisse? 2. de Ora. 160. Inter Aristolem & hos ger- manos huius artis magistros hoc interest, &c.

¶ Congruens. Partit. 26. Memoria literaturæ germana quodam- modò, & in dissimili genere similis. I.P. 16. Illud vero germanum consilio Catilinae & Lentuli, quod me domo expulisti. 4. Ac. 132. Erat Antiochus, si per pauca mutauisset, germanissimus Stoicis. hæc est vera lectio, etiam si quidam corruptè legunt, Grauif-

*mus Stoicuſ. || de D. 40. Germana ſoror terare videbar.
¶ Syntaxis. Germani fratres. ſoror germana parentes. Germana iuſta parras virtus. Hoe illi germanum eſt (affine, ſimile.) Ille ſe putat germanum Artifetis.

GERENDVS. 2.C. 1. Malè gerendo negotio. 5.de Fin. 52. Maxime iij res geſtis audire & legere volunt, qui à ſpe gerendi abſunt conſecti ſene cūte. 1. Offi. 32. Quæ cura exuſtit animos, & maiores ad rem gerendam facit. pro S. R. 137. Viri fortes, quorum opera eximia in rebus gerédis fuit. 4. Fa. 7. Quanquam te ita gerere volo, quæ per exercitum gerenda ſunt.

GERENS. pro Qu. 61. Aliquis locuples, & ſui negotij bene gerens. pro Seſt. 37. C. Marius ſextum iam Cōſulatū gerens. *Off. Nofro more male ré gerētibus patribus, bonis interdici ſolet.

GERO, facie, adminiſtro, exprimo. 16. Att. 9. Gerere rem palam. 5.de Fin. 57. Gerere aliquid priuatim. 16. At 2. Gerere, regere, gubernare. 1.de In. 37. Gerere administrare aliquā re, vel negotium. 3.de Fin. 68. Vt ſapiens velit gerere & administrare rem. 13. Fa. 5. Neque tamē te impedio, quo minus ſuceptum negotium pro tua fide & diligētia ex voluntate Caſarī, qui tibi rem magnam diſſicilēmque commiſſit, gerere poſſis. 1. 7. Gerere aliquam rem ex ſententia. 2. 7. Gerere rem feliciter, & ex ſententia. pro Qu. 13. Qui magna fide ſocietatem gerunt. pro Seſt. 19. Gerere diuumuirum Capuæ. 4. V. 138. Gerere potestate, i. magistratum pro Seſt. 79. Vt ſuis munitus tūto in foro magistratum gereret. 1. Fam. 9. Qui mihi quacunque res gerat, tuendus eſt. 1. Off. 124. Magistratus geris personam ciuitatis. 3. 16. Illi ſeptem ex mediorum officiorum frequentia, ſimilitudinem quandam gerebant, ſpeciemque ſapientum. Ibid. 82. In hominī ſigura immanitatem gerere bellū. 5. Att. 20. Caſſius inſecutus hostes rem bene geſtit. 1. Fam. 12. Gerere Rēmp. Postq. ad Quir. 21. Bene gerere Rēmpublīcam. pro S. R. 131. Cum ſolus Rēmpublīcam gereret, orbēmque terrarum gubernaret. pro Domo. 94. Illud pulcherrimum factum, quod ex autoritate Senatus geſtit. pro Q.R. 32. Tu tuum negotium geſtit bene. 13. Att. 3. Si ipſe negotium meum gererem, nihil gererem niſi confiſcio tuo. pro S. R. 111. Qui rem mandata maliſiſus geſtit. pro Seſt. 4. Gerere bellum cum aliquo. 3. Fa. 8. Gerere amicitiam. Liber de amicitia gerenda. 1. V. 66. Gerere graues inimicitias cum aliquo. i. habere, vel exercere. 14. Attic. 13. Gerere ſimilitatem cum aliquo. pro Deiot. 30. Tamen hominū more inimicitias gerere poterat. 2.de In. 37. Præfe gerere quandā utilitatem. Ibid. 30. Nā affectionis ratio perſpicua ſolet præfe gerere coniecturam. ¶ Vino, me exhibeo: cum vocula Me, Te, Se. 6. Att. 1. Ille valde ſe honeſte gerit. 2. 22. Nunc ita nos gerimus, vt, &c. 9. 2. Qui hic poterit ſe gerere non perdiſte. 1. Off. 9. Quācū superiores ſumus, tanto luminiſſius nos geramus. 5. Att. 17. Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtentiam attinet, vt nullus teruntius inflatur in quenquam. 1. Offi. 98. Naturam nos docuit non negligere, quemadmodū nos aduerfus homines geramus. pro Ar. 11. Gerere ſe pro cive. 1. Fam. 27. Quonam modo me gererem aduersus Caſarem, uſus confiſcio tuo lum. 1. Tuf. 48. Turpissimē ſe gerere. Atr. Prudenter ſe gerere. 2. Att. 17. Er ad me ab eo quaſi exām̄ afferes, quemadmodum me geram.

¶ Habeo, inſico. 1. Offic. 61. Vos etenim iuuenes animum geritis in liebrem.

Par. 5. Gerere igitur animum laude dignum.
¶ Obedio, cum uoce Morem. 2. Nat. 3. Tum balbus, Geram tibi morem, & agam quā breuiffimē potero. 1. Tufc. 17. Geram tibi morem, & ea quæ vis, vt potero, explicabo. 2.ad Her. 14. Morem gero, obſequor, obtempero.

† ADVERB. Abſtineret ſe, modeſtē, in ſalut. Acerbē bellum, 1. Off. Acerbī bellum, felicissimē, optimē, teſterimē ſe in prouincia, ep. ad Brut. Ampliſſimē honores, libenter, libere ſe, negotium magnificiſſimē honores, 4. Verr. Aperte bellum cum Repub. 11. Famil. Apte, turpissimē, 2. Tufc. Auspicato, publicē, 1.de Diu. Benē, praclāre negotio, pro Q. R. Com. Benē rem, conſtanter ſe, 4. Att. Diligenz morem ſtudio, pro Qui. Excellentius ſe in Repub. tutō magistratum, pro Seſt. Feliciſ ſe, 8. Fam. Fortiter bellum, pro Flac. Fortito, 1. Att. Grauter Consulatum, 1.con. Rull. Honeste, 6. Att. Iuſte bellum, & pię, malè Rempub. 2. de Inu. Iuſte duellum, 3.de Leg. Iuſte Rempub. 3.de Repub. Magnificiſſimē Consulatum, optimē, 4. Famil. Male negotium, palam bellum, 2. Catil. Male rem, 3. Tufc. Maliſiſus, neglgentiū rem mandata, pro S. R. Omnipotē nihil iure, pro Dom. Optimē rem, pro Pom. & 5. Verr. Odiosē negotium ſuum, de Amic. Palam rem, 16. Attic. Perdiſte ſe, 9. Attic. Priuatum, 5.de Finib. & 6. Verr. Sanctissimē ſe, ad Q. Fr. Seuerē Consulatum, pro Mur. Summiſius ſe, 2. Off. Truculentus, 2.con. Rull. Valde bene Remp., 1. Fam. Valde honeſte, 6. Fam.

GEROR, pro Qu. 28. Hæc dum Romæ geruntur, interea, &c. 3. Or. 200. Res quæ gerat, ſub aspectu penē ſubiſſere. 240. Vt is qui audiunt, tum geri illa fieri, videantur. ibid. 34. Sapietia omnes res humanae geruntur. pro Quin. 42. Quid negotio geritur in quo ille tot & tales viros defatigat? 9. Fa. 10. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem ſcire curare. pro Qu. 14. Res quæ libidine, non ratione geruntur. 1. Fa. 6. Quæ gerantur, accipies ex Pollicione.

† ADVERB. Benē, 3.de Rep. Obſcurē quid, 2. contr. Rull. Pulcherri- me, 2.de Nat.

¶ Syntaxis. Sui negotij bene gerens. Potestatē gerere. In hominī ſi- gura immanitatem gerere bellū. Sua negotia gerere. Malitioſe gerere rem mandatam. Amicitiam gerere cum aliquo. traſe gerit, (pro, traſe fert.) Morem gero, obſequor, obtempero.

GESTA, acta. poſt Red. in Sen. 15. Tunc auiſus ex iſto oculo, non dicam iſto animo, iſta fronte, non vita, tanto ſuperclilio (non enim poſſim dicere tantis geſtis) cum Gabinio cōſociare conſilia peſtis mea? &c.

GESTIENS.) (Perterritus. 4. Tufc. 13. Cūm & inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lāetitia geſtiens vel nimia dici po- teſt. 5. 16. Elatus inani lāetitia, exultans, temere geſtiens.

GESTIO, geſtu corporis desiderium aliquod oſtendo, pregeſtio, ſtudio efferor, tanta lāetitia auctus ſum, ut mihi non conſtem. 2. de Fin. 14. 1. de N. 78. Quod ni ita eſt, cur non taurus xquē conſtrētatione geſtire? 4. A. 14. Antonius Senatum delere geſtit. 4. Att. 10. Geſtio ſcire iſta omnia. pro Mar. 10. Parietes huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt. 6. Fam. 20. Nihil eſt, cur aduenientibus te offerre geſtias. 4. de Fin. 8. Nil erat, quod Zeno mutare geſtiret. 2. Att. 7. Geſtit animus aliquid agere in Rep. de Pro. 35. Si in capitolium inuehi viator cum insigni illa laurea geſtiret. 1. Off. 102. Qui nimia voluptrate geſtiunt. 4. Tufc. 13. Lāetitia vt adēpta iam aliquid concupiſtum efferatur ac geſtiaſ. 2. de Fin. 14. Lāetitia geſtire. 2. de Orat. 23. Animi nostri forenibus ne- gotiis deſefi, geſtiunt, &c.

¶ Syntaxis. Is venire geſtit. Animus geſtit. Lāetitia hac geſtiens.

GESTIO, aſtio, tradiſatio. 2. de Inu. 39. Deinde eſt ipſius negotij geſtio perractanda. 1. 37. In geſtione negotij.

GESTOR, feror, portorrarum vocabulum, aduerte. 11. A. 5. Idque ca- put geſtari iuſſit in pilo.

GESTVS. Or. 30. Thucydides res geſtas & bella narrat. 1. Off. 65. Nemo non quaſi mercedem rerum geſtarū deſiderat gloriaam. pro Corn. /ape, 5. A. 40. Rēmpublīcam ab aliquo bene & feliciter geſtam eſt. 3. de Leg. 45. Comitia illa ſunt armis geſta ſeruili- bus. pro Quin. 11. A principio quemadmodum res geſta & con- tracta ſit, exponam.

† ADVERB. Commode, 7. Verr. Commuñiter, pro Mur. Feliciter, for- titer, pulcherimē, 14. Philip. Excellentiter, fortiter, 1. Offic. Praclarē, 2. de D. Praclarissimē, 11. Fam. Membratim, Part. Publicē, pro S. R. Tem- merē, turbulentē, pro Dom.

GESTVS, motus corporis, aſtio. 6. Att. 1. Illud de geſtu histrionis tu ſcēleſtē ſuſpicariſ, ego ἡθῶς iſcripsi. 1. de Ora. 115. Qui in geſtu ſemel peccārit, non continuo existimatur nescire geſtum. 1. Offic. 130. Histrionum nonnulli geſtus ineptiſ non vacant. 2. de Or. 233. Agere geſtum. pro Quint. 77. Miroſ eorum impuden- tiam, qui agunt in ſcena geſtum impēctante Roſcio. pro R. P. 36. Humeris geſtum agebant. Or. 83. Lumina, que Greči, quaſi aliquot geſtus orationis οχύμα appellant. 1. de Or. 252. Vox & geſtus ſubito ſumi, & alicunde arripi non poſteſt. 4. Ac. 145. Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat, nam extēſis digitis aduersam manū oſtendebat, ac viſum dicebat, huiuſmodi eſt. 2. Ora. 242. Cūm extento brachio paululū etiam de geſtu addi- dit. Par. 3. Vita quæ mihi geſtu moderatior, omni verū aptior eſt. pro Corn. 14. Gratificatur omni geſtu accusator: ſignificat enim, &c. in Vat. 35. De geſtu intelligo, quid reſpondeas. 3. de Or. 100. Nunquam agit hunc verſum Roſcius eo geſtu, quo poſteſt. pro Q. R. 24. Non eodē tēpore & geſtū & animā ageres. ; ad He. 26. In geſtu conuenit venustatē conſpiciendam, nec turpitudinē eſſe aut histrio nos, aut operari videtur. Ibid. Si vtemur amplificatione paulò tardiore, & conſideratiore geſtu conueniet vti. Ibid. Sedatus & conſtant geſtus.

† ADIVNC. Imminens, 2. de Or. Scenicus, 3. de Or. Venustus, Ibid.

¶ Syntaxis. Agere geſtum. Sedatus & conſtant geſtus.

GESTAE, populi. 9. Attic. 12.

GIGAS, Titane. 2. de Nat. 70. Dij cum Titanis & cum Giganti- bus bellum geſſerunt. de Ar. 20. Gigantes illi, quos poëta ferūt, bellum diis immortalibus intulſe. de Sene. 5. Nam quid eſt aliud Gigantum more bellare cum diis, niſi natura repugnare?

GIGNENDO. 2. de Diu. 95. Seminum vis, quæ ad gignendum procreandūmque plurimum valet. 2. de Fin. 109. Vt in gignen- do, in educando.

GIGNO, genero, creo, pario, procreo, ſuſcipio. 1. de Nat. 4. Omnia quæ natura gignit, maturata pubeftunt. 5. de Fin. 33. Ea quæ terra gignit. 2. de Nat. 129. Pifces, vt aiunt, oua cum genuerint, relin- quunt. 1. de Fin. 23. Ad maiora quādam nos natura genuit. pro Cael. 41. Multa nobis blandimenta natura ipſa genuit. 14. A. 32. Vt idem Deus vrbe gentibus, vos huic vbi genuiſe vi- deatur. de Vn. 23. Cūm Deus animum ex ſua mente & diuinitate genuiſet. 4. ad Her. 7. Parere, gignere, proferre. Ibid. 5. Gignis nobis nouas præceptiones. de Clas. 53. Qui non illuſtrauit mo- dū, ſed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam. 3. de Nat. 41. Hercules hic ex Latona quem Iupiter genuit.

GIGNOR. 2. de Or. 141. Si mihi filius gignit, &c. 7. V. 179. Cūm ipſe ſui generis iuſtū ab ſe gigni & propagari velle. Or. 1. Pla- 350 to ideas gigni negat. Antequām. 9. Pax & concordia extraneis gignetur.

gignetur. de Vni. 25. Tum opinione varia firmaque gignuntur. 4. Tusc. 25. Morbus & aggratio ex totius valetudinis corporis conuassatione & perturbatione gignuntur. 1. Offic. 22. Quae in terris gignuntur, ad visum hominum omnium creari. GLACIE s.i.de Natur. 26. Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi.

GLADIATOR, lanista, myrmillo, machaophorus. 2. de Ora. 84. Ars ludicra armatorum, & gladiatori, & militi prodest aliquid. 7. A. 17. Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdumi etiam M. Antonius gladiator appellari solet; sed appellant iij, qui planè & Latinè loquuntur, myrmillo in Asia depugnauit. pro S. R. 17. Vetus ac nobilis gladiator. pro S.R. 8. Homines sicarij atque gladiatores. 5. V. 146. Qui à scurris potius semper gladiator, quam feura appellatus sit. pro S.R. 118. Num ille lanista omnino iam à gladiatore cessisse videtur? I.P. 19. Si mihi cum illo bustuario gladiatore decertandum fuisset. 2. A. 74. Tam bonus gladiator rudem tam citò acceptis. Ora. 228. Athleta & gladiatores. pro Syl. 55. Gladiatorum familia. 2. A. 106. Praeternim cum oves secum Anagninos haberet Mustelam, & Laconem? quorum alter gladiatorum est princeps, alter poculorum.* con. C. Ant. vt repente gladiatores populo non debitos pollicerentur, quos ipse consularis candidatus perspexit, & legit, & emit. ibid. Atque vt istum omittam in introitu gladiatorem. ibidem. Hunc vos scitote Licinius gladiatorem iam immisisse, cupidum Catilinæ. Incer. Gladiatores inuisos habemus, si anni modo vita impetrare cupiunt: fauemus, si contemptum eius præ se ferunt. ||2. A. 97. Gladiatorum libelli.

¶ Gladiatoribus, absolutè, pro ludis funebribus, siue gladiatorum munere. 2. Att. 1. Is querit ex me num confussem Siculis locum gladiatoribus dare. 2. 19. 10. Fa. 32. 3. A. 35. & 2. At. 24. Ut in foro gladiatoribus Gabinius Pompeium adorarentur. malè legunt hic quidam, cum gladiatoribus: nam tempus significat ludorum, quo gladiatores à Gabinius exhibebantur.

† ADIVNC. Amans, scleratus, 5. Phil. Bonus. (rudit, nequissimus, 2. Phil. Bustarius, scleratus, & par, de Pro. Certissimus, in Vat. Confeccus, & fauci, 3. Catil. Crudelissimus, furiosus, 13. Phil. Importunissimus, 4. Catil. Medocris, 2. Tusc. poëta. Nefarius, pro Mur. Nobilis, vetus, pro Q. Nobilis, timidus, 3. Phil. Nobilissimi, scleratissimus, theatrales, pro Sest. Vetus ac nobilis, pro S.R.

GLADIATORIUS. 2. de Orat. 317. In ipso illo gladiatorio viæ certamine. pro Mur. 73. Si virgo Vestalis huius propinquum locum suum gladiatorium concessit huic, &c. pro Mil. 93. Pugna gladiatoria. 2. C. 91. Ludus gladiatori. 4. Tusc. 48. Gladiatoria iracudia. Ars ludicra armorum. Leg. GLADIATOR. * 1. de Glor. In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorijs fibili.

GLADIVS, sica, pugio. 2. de Orat. 170. Et tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus es. 3. C. 2. Idem gladios in rem publicam districtos retudimus. Ibid. Mucrones gladiorum à iugulis nostris reieciimus. pro Mar. 17. Gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. 2. de Inu. 14. Educere gladium è vagina. 4. At. 3. Eductis gladiis. 3. Off. 112. Distringere gladium. 2. A. 21. Gladio stricto insequi aliquem. 2. de Inu. 14. Recondere gladium in vaginam. 3. C. 8. Ex eisdibz Cethegi maximum sicarum numerum gladiorumque extulit. 5. Tusc. 61. Fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iusit. 1. Att. 13. Gladio plumbeo iugulatum iri. pro Sest. 24. Ut si gladium paruo puer dederis. pro Cec. 82. Suo, quemadmodum dicitur, gladio confici.

† ADIVNC. Absconditi, nec ita multi, 3. Phil. Cruenti, pro Sest. & 1. de Inu. Fulgentes, 2. & 5. Tusc. Plumbeus, 1. Attic. Reconditus in vagina, 1. Catil. Vacuus vagina, pro Marc.

¶ Syntaxis. Districti gladij retunduntur. Gladius vagina vacuus. Stringere, nudare, educere gladium. Confici gladio.

GLANDIFER. 2. A. 101. Quæ arationes glandiferae & fructuosa ferebantur. 1. de Leg. 2. Glandifera quercus.

GLANZ, quercus arbor. nuz. de Ar. 5. Quid enim hunc persequar pecudem ac beluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum. Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram iacent, vt fues glande pascantur.

GLAREA, arena, vel lapides minutissimi cum arena. 3. Qu. Fr. 1. Eo loco puluis, non glarea iniecta est.

GLAVCIVS. 3. V. 26. Glaucia lex.

GLEBA, cespis terra. 2. de Leg. 57. Iniecta gleba tumulis & humatus est, & gleba dicitur. 5. V. 28. Iniquos decumanis omnes dicebat esse, qui vnam agri glebam possiderent. 2. con. Rull. 3. Non admittitur cuiquam gleba de Syllanis agris. pro Cec. 60. Glebis, aut faxis, aut fustibus aliquem de fundo precipitem agere. Ibid. Non esse arma cespites neque glebas. Hic patet, glebas aliud esse à cespibus.

GLISCO, cresto. in Hort. Ad iuuenilem libidine copia, voluptatum gliscit, vt ignis oleo.

ΓΛΙΣΧΡΩΣ. Lege, MINVATATIM.

GLOBOVS, rotundus. de Vn. 15. Mundus globosus est fabricatus, quod ῥωμαῖς Græci vocant. 2. de Na. 116. Mundus globosus

est. Ibid. 49. Mundi volubilitas, qua nisi in globosa forma effigie non potest. Ibid. 98. Terra solida & globosa de Som. 6. Stellarum globosæ & rotundæ. 2. ad Her. 36. Saxum globosum. & Syntaxis. Solidum & globosum. Globosum ac rotundum. GLOBVS, ῥωμ. 2. de N. 47. Duæ formæ prestantes sunt: cylindrus, globus, sic enim ῥωμ. interpretari placet: ex planis cylindrus vel orbis, qui νύκτα. Græcè dicitur de Som. 6. Ille globus quem in hoc templo medium vides, qua dicitur terra. Ibidem. 8. Stellarum globi terra magnitudinem facile vincunt. 1. Tusc. 68. Tum globum terræ eminentem & mari, 1. de Diu. 97. Cælum difcessisse visum est, & in eo animaduersi globi.

† ADIVNC. Cælestis, extimus, medius, de Som. 8. cip. Eminenter, 3. Tusc. Habitabilis, & cultus, 1. Tusc. Solidi, 2. de Nat.

GLOMERANS. 1. de Diu. 19. Omnia fixa tui glomerans determinat annus. GLOMERATVS. 2. Tusc. 25. Clades vetusta seclis glomerata horridis.

GLORIA, claritas, splendor, lux, amplitudo. 2. de In. 166. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. pro Mar. 27. Gloria est illuminans & peruagata multorum & magnorum vel in suis cunctis, vel in patriam, vel in omnem genus hominum fama meritorum. 2. Off. 31. Summa igitur & perfecta gloria constat ex tribus his: si diligent multitudine, si fidem habet, si cu[m] admiratione quadam, honore nos dignos putat. 3. Tusc. 3. Gloria est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute. & ibi multa pulchra de gloria. pro Mil. 98. Gloria est, cuius gradibus homines videntur in cœlum ascendere. Ibidem. Ex omnibus præmiis virtutis, amplissimum præmium est gloria. 1. P. 57. Lewis est animi, lucem splendorēmque fugientis, veram gloriam, qui est fructus verae virtutis, repudiare. 1. Offic. 63. Vix inuenitur, qui laboribus suscepit periculisque aditus, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. 5. A. 35. Neque enim villam mercedem tanta virtus præter hanc laudis gloriam que desiderat. 1. Tusc. 109. Gloria virtutem tanquam umbram sequitur. 14. Attic. 11. Illi non heroes, sed dij futuri quidem in gloria sempiterna sunt. pro Arc. 26. Trahimus omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloria dicitur. Philosophi etiam in libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso in quo prædicacionem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. 2. de Orat. 172. Si pecunia tantoper expeditur, quanto gloria magis est expetenda: Anteq. 7. Si dulcis est gloria, consequere virtutem pro Planc. 60. Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimum prat. pro Sest. 47. Vita brevis est, cursus gloriae sempiternus. Anteq. 22. Nam vitam si eripiunt, non admant gloriam immortalis. 4. C. 21. Sic in æterna gloria Marius qui, &c. 1. de Orat. 73. Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria. 3. Off. 85. Hic in maxima gloria est. pro Flac. 28. In imperio atque in publica dignitate, omnia ad gloriam splendoremque reuocantur. de Cla. 239. Cn. Pompeius maiores dicendi gloriam habuissent, nisi, &c. 2. A. 114. Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix celo capi posse videatur. 3. Fam. 7. Ut mihi neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam deesse purarem. I.P. 63. Mihil illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem infixerunt. 5. Fam. 12. Ut me sempiterna gloria perecum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. de Amic. 25. Qui ob amicitiam summa fide seruatam maximam gloriam cepit. Parad. 1. Qui gloria se & prædicione effert. 1. A. 29. Ea autem est gloria & laus recte factorum & magnorum in Reipubl. meritorum. 5. de Fin. 69. Gloria quæ habet formam honestatis & similitudinem. 1. Offic. 65. Altissimus animus, & gloria cupidus. 2. de Orat. 155. Ut gloria clarus, autoritate grauius. ad Brut. 3. Solida veraque gloria. 5. A. 50. Vera, grauia & solida gloria. pro Pl. 60. Honorum gradus summis hominibus & infirmis sunt, gloriae disperses. pro R. P. 18. Quod genus est tandem illud ostentationis & gloriae? 7. Fam. 13. Mortiar, ni (qua tua gloria est) puto te male à Cæfare consuli, quām inaurari. 15. Att. 26. De gloria excudam aliquid ἡγελονθειο, quod latet in thefauoris tuis. 16. 6. De gloria librum ad te misi. de Prouinc. 29. Eum ad gloriam deuocant. pro M. Scav. Ut M. Æmilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum aut gloria sordidissima genti condonetur. Frag. epist. Quem iniuerterascentem vider ad gloriam. 2. de Glor. Mea semper gloria vivet.

† ADIVNC. Abiecta, antiqua, 7. Fam. Adriarabilis facti, 3. Phil. Adriatica, aliena, dulcior, tanta, sibi necessaria, ac salutaris. 9. Fam. Ampliflora, de Prou. Antiquior, minor, 1. de Diu. Bellica, praefatarior omni patrimonio virtutis, 1. Offic. Cara, 1. de Orat. Comes mortis, militaris, natalis, comes recte factorum, summis, & perfecta, 3. Offic. Communis cum aliquo, 3. de Fin. Continuata, pro Flac. Diuina, solida, veraque, sp. ad Br. Dulcis, Anteq. ir. Eximia, atque immortalis, 1. Atti. Falsa, tempestan, 2. Tusc. Fieta, itabilis, vera, vniuersa, 2. Offic. Frequens de aliquo, 2. de Inu. Illustris, & peruagata, pro Marc. Illustrior, 5. Attic. Immensa tanta bonorum, 1. de Inu. Immortalis, singularis, pro Sest. Non infelix adolescentibus, paterna, vel apita, de Ctar. Iusta, & merita, 12. Famil. Magna, 2. de Or. Maior, 3. de Orat. Maxima, de Amic. Necessaria, & salutis ali-

is aliqui. ro. Fa. Nota de Opt. gen. Or. Noua, 15. Att. Par. Top. Popula-
ris, Acad. Præstantissima, Postq. ad Quir. Præfina, i. Famil. Propria in-
genii, Fam. Sempererna, 14. Att. Vera grauis, solida, 5. Philipp. Veris-
tima, 13. Att.

Syntaxis. *In gloria esse Gloriam habere, ad ipsi, acquirere. Hoc da-*
bit gloriam tibi. Commendari gloria. Capere gloriam. Efferrare prædi-
catione & gloria. Solida vera gloria. Graui, vera gloria.

GLORIANDVS. 5. Tusc. 49. Ne in misera vita quicquam est
prædicabile, aut gloriandum. Ibid. Et est in aliqua vita prædi-
cable aliquid & gloriandum, ac præ se ferendum. Ibid. 50. Bea-
ta vita glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est. de Clar.

71. At ipse de se nec mentitur in gloriando. pro Cæl. 45. Defen-

dendi cauſa hac, non gloriandi loquor.

GLORIANS. s. de N. 72. Mali ædificij dominus gloriens se archi-

teftum dignum non habuisse.

GLORIATI O. 4. de Fin. 50. Ex quo efficitur gloriatione, vt ita

dicam, esse beatam vitam. 3. 28.

GLORIOLA. 5. Fam. 12. Ut nosmet ipsi viui gloriola nostra per-

fruamur. 7. 5. Etiam hisce eum ornes gloriola insignibus.

GLORIOR. prædicto, de me predico. gloria me & predicatione effero.

¶ 4. de Finib. 50. Vita non potest sine honestate contingere, vt

quisquam iure gloriatur. pro Planc. 20. Num Tusculanum vi-

des de tot Fabii gloriari. Antequam 29. Equites Rom. quorum

factis gloriuntur ciues, lætantur socij, gemunt hostes. Or. 169.

Quidam nominibus veterum gloriuntur. 3. de Nat. 87. Propter

virtutem iure laudamur, & in virtute recte gloriatur. 1. Tusc.

48. Non puder Philosophum in eo gloriari. pro Lig. 20. Sed hoc

non concedo, vt quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in

aliis reprehendatis. 2. Offi. 5. 9. Nobis quoque licet in hoc quo-

dammodo gloriari. 3. de Fin. 2. 8. Nemo de misera vita gloriari

poteſt. In Vat. 29. Tu de tuis diuitiis intoleratissime gloriariſ.

de Ar. 8. Et sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari

solet, ducentis confixum senatus consultis. de Ar. 16. Ne nimis

gloriari videar. de Sen. 82. Ut de me aliquid more senum glo-

riat. 1. At. 13. Non enim mihi videor insolenter gloriari. de Sen.

52. Evidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus, sed ta-

mamen hoc quo dicere, me, &c. 1. Off. 78. Licet enim mihi M. Fili

apud te gloriari, ad quem, &c. 2. de Finib. 5. 1. Quæ cùm diceres,

&c. tu ipse mihi gloriari videbare. I. P. 2. Hic mihi etiam gloriari-

bitur, se omnes honores sine repulsa obtinuisse. 5. Tusc. Gloriari

contra aliquem. 2. de Orat. 258. Cum quidam omnes prouin-

cias se peragrasse gloriaretur. pro Dom. 93. De rebus suis gestis

gloriari. Sal. in Cice. 6. Quasi vero rogatus, & non armatus ea

qua gloriari, confeceris.

† ADVERB. Honestè bono, Parad. Insolenter, 1. Att. Intolerantissimè

de conuictis, in Vat. Quodammodo, 2. Offic. Reſtè, 3. de Nat.

GLORIOSE, magnificè, elatè, pro Milon. 73. Gloriosè mentiri. pro Dom. 93. De seipso glorioſius loqui. 2. de Or. 31. Exorsus es enim gloriose. 14. Att. 4. Noſtri autem n̄ḡes quod per seipſos

confici potuit, glorioſissimè & magnificentissimè confererunt.

GLORIOSVS, /tentator. 1. Off. 137. Deforme est, cum irrisione

andientium imitari militem glorioſum. de Am. 98. Miles glo-

riosus. 1. A. 34. Bene de Rep. mereri, &c. glorioſum est.

¶ Praclarus, qui maxima in gratia & gloria. de Ar. 49. Mihi exire domo mea ad rationem Reipub. glorioſum fuit. 1. de Diu. 59. In illa fuga nobis glorioſa, patria calamitosa. pro Deiot. 40. Quæ ſi in priuatis glorioſa ſunt, quāto magis commemorabuntur in regibus. 2. de D. 5. Magnificum etiam illud, Romanisque ho- minibus glorioſum, &c. 1. 51. Cuius mors ita glorioſa fuit, vt eam concupiceret filius. 9. Fa. 14. Mihi vero glorioſum est ha- bēre, &c. 1. de Fini. 36. Facta illuſtria & glorioſa. 8. Att. 16. Non ſolum glorioſis consiliis vtramur, ſed etiam paulò ſalubriori- bus. 1. de Or. 193. Siue quem iſta præpotens & glorioſa Philo- ſophia delectat. pro Fla. 52. Vbi illa magnifica & glorioſa oſten- tatio ciuitatis. Ibid. Verum eſto, glorioſus fuisti.

¶ Syntaxis. Id illi glorioſum eſt. illuſtre ac glorioſum factum. Prepo- tem & glorioſa Philoſophia. Magnificus & glorioſus. Id prædicabile eſt, ac gloriandum. Vita beata eſt glorianda, prædicanda, præ ſe ferenda. Gloriandi cauſa. In gloriando mentiri. Ille ſic dixit gloriari. In virute gloriari, & virtute, & de. Inſolenter gloriari. Contra aliquem gloriari. Aliqua gloriari. Ut ea qua gloriaria, confecisti. Gloriosè & magnificè.

GLTVDA, angues. 1. de D. 91. Familiam glutudarum aruspici- ne nobilitate præſtantem.

GLVTINATOR, qui ſchedulex, ex quibus indices librorum con- cunctur, tabulis ſeu chartis applicet. 4. Att. 4. Et velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyranno vtatur glu- tinatoribus.

GNAVRVS, peritus, ſciens. Orat. 15. Pericles gnarus, quibus oratio- nis modis animi moueantur. pro Seſt. 16. Gnarus & prudens impendentium malorū. de Clar. 12. 8. L. Sifenna gnarus Reipub.

¶ Syntaxis. Gnarus ille eſt, quomodo, &c. Gnarus militie, pietatis.

GNATVS, filius. pro Planc. 59. Quanquam ad præcepta etas non

eſt gnati. 1. de Di. 41. O gnata, &c. alijs, cognata. Poetæ.

GNIDIVS, Gnidius oppiduna eſt Caria, ex quo Gnidius. 1. de D. 23.

Venus Gnidia. 6. V. 135. Quid Gnidios? &c.
GNOSIVS, vel CNO SIVS, à Gnoſo Creta urbe, 1. de Legib. 25. In cuprefretis Gnoſorum.

GORGIA, Leontinus orator. 1. de Orat. 103. || 3. 56. Aut qui mi- nius ipſi in Rep. verſantur, ſed huius tamen eiusdem ſapiencia doctores eſſent, vt Gorgias, Thrasimachus, Iſocrates. 1. de In. 7. Nam Gorgias Leontinus antiquissimus ille Rhetor, Orat. 39. Hac (verborum concinnitatem & ſonum) tractasse Thrasimachum Chalcedonium primum, & Leontinum Gorgiam ferunt. 1. de Orat. 103. Quod primum ferunt Leontinum feciſe Gorgiam, qui permagnum quiddam luſcipere, ac profiteri videba- tur, cùm ſe ad omnia de quibus quisque audire veller, eſſe patrum denunciaret. de Clar. 30. Tum etiam magistri dicendi multi, ſubito extiterunt. Tum Laontinus Gorgias, Thrasimachus, Chalcedonius, &c. Ora. 165. In huius concinnitatis confeſtatione Gorgiam fuſſe principem accepimus, quo de genere illa noſtra ſunt Milonian. Ibid. 167. Hoc genere, antiqui iam ante Iſocratem delectabantur, & maximè Gorgias, cuius in oratione plerunque efficit numerum ipſa cocinnitas. Ibid. 175. Itémque contrariis relata contraria, que ſua ſponte (etiamſi id non agas) caduntque plerunque numeroſe Gorgias primus inuenit. Ibid. 176. Gorgias audiōr, eſt generis eius, & his festiuitatibus (ſic enim ipſe cefter) inſolentius abutitur. 3. de Or. 127. Gorgiæ tantus honos habitus eſt à tota Græcia, ſoli vt ex omnibus, Delphis non inaurata ſtatua, ſed aurca ſtatueretur. 2. de Finib. 1. Primus eſt ausus Leontinus Gorgias, in conuentu poſſere quæſtionem, id eſt, iubere dicere qua de re quis vellet audire. de Senec. 13. Illocratis maſtifer Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos, neque vñquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſauit, qui, cùm ex eo quæreretur, cur rāndiu vellet eſſe in vita, Nihil habeo, inquit, quod incūſem ſeneſt utem 16. Fa. 21. De Gorgia autem quod mihi ſcribis, erat ille quidem in quotidiana declamatione utilis, ſed omnia poſtpotui, dummodo præceptis patris parerem.

GORGON, Medusa. 6. V. 124. Gorgonis os pulcherrimum cin- etum anguibus.

GORGONA, alijs, GORGONOPHORA, id eſt. Pallas, Gorgonis caput in ſcufo ferens. Anteq. 24. PALLAS.

GORTYNIUS, à Gortyna oppido Creta. 5. A. 13. Gortynius iudex.

GRABATVS, lectorius. 2. de Diu. 129. Deos immortales concur- fare omnium non modò lectoris, verum etiam grabatos, & his obiicere viſa, &c.

GRACCHANVS de Cl. 12. 8. Iudices Gracchani.

¶ GRACCHVS. 2. Q. Fr. 2. Nam vt ille Gracchus Augur, poſtequa- quam in iſtam prouinciam venit, recordatus eſt quid ſibi in campo Martio comitia Confulum habenti contra auficia au- diſſet. 1. de Diu. 33. Sed & ipſe augur Tib. Gracchus auficio- rum autoritatē confessione errati ſui comprobauit. 2. de Nat. 10. Quos (P. Scipionem, & C. Figulum) cùm T. Gracchus Consul iterum crearet primus rogarorum, vt eos retulit, ibidem eſt re- pentē mortuus. Ibidem 1. T. Gracchus ex prouincia literas ad Senatum misit, ſe, cùm legeret libros, recordatum eſſe, uitio ſibi tabernaculum captum fuſſe in hortos Scipionis. 2. Off. 43. Ti- berius enim Gracchus P. filius, tamdiu laudabit dum memo- ria rerum Romanarum remanebit. 1. de D. 36. T. Gracchus, P. fi- lius, qui bis Consul & censor fuit, idemque & ſummus augur, & vir sapiens ciuiſque præſtans, nomine vt C. Gracchus filius eius ſcriptum reliquit duobus anguibus domi comprehensus Aru- ſpices conuocauit? qui cum respondiſſent, ſi marem emiſiſſet, vxori breui tempore eſſe morientum: ſi feminam, ſibi: aquius eſſe censuit, ſe maturam oppertere mortem, quāto P. Africani fi- lia adolescentem, feminam emiſit. 2. 62. C. Gracchus ad M. Pomponium ſcriptis duobus anguibus domi comprehensus harufpices à patre conuocatos. 1. de Or. 211. Prædicarēnque P. Lentulum, principem illum, & T. Gracchum patrem, & Q. Met- tellum, &c. de Clar. 79. Erat iſdem temporibus T. Gracchus P. F. qui bis Consul & Censor fuit, cuius eſt Oratio Græca apud Rhodios: quem ciuem cūm grauem, tūm etiam eloquentem conſtat fuſſe. Ibid. 104. Fuit Gracchus diligentia Cornelij matris a puro doctus, & Græcis literis eruditus. Ibid. 103. Vtinam in T. Graccho Caiōque Carbone talis mens ad rem. bene ge- rendam fuſſet, quale ingenium ad benē dicendum fuit. de Arusp. 41. Gracchus conuertit ſtatū ciuitatis qua grauitate vir- qua eloquentia! qua dignitate! nihil vt à patris auq; Africani: præſtabili inſigni; virtute, præterquām quōd à Senatu deficie- rat, deflexiſſet. pro C.R. 12. 13. 14. de C. & T. Gracchis multa. 3. de Leg. 20. Gracchi Tribunatus. pro Mil. 73. T. Gracchus College ma- gistratū per ſeditionē abrogauit. 3. de Leg. 24. Quin per ipsū T. Gracchū, nō ſolū veritus, ſed etiā ſublatus interceſſor fuerat, quid enim illud perculit, niſi quod potestatē intercedēdi colle- gæ abrogauit. de Arusp. 43. Nā T. Gracchus Inuidia Numātini fe- deris cui feriendo quæſtor C. Mancini Cos. cūm eſſet interfue- rat, & in eo foedere improbabō Senatus autoritas & dolori & ti- mori fuit. 4. C. 4. T. Gracchus qui iterū tribunus plebis fieri vo- luit. pro P. Seſt. 103. Agrariā T. Gracchus legē ferbat, grata crat

populo fortunæ constitui tenuiorum videbantur, nitebantur contra Optimates, quod ea discordiam excitari videbant. de Amic. 36. T. Quidem Gracchum Rempub. vexantem, à Qu. Tuberone æqualib[us]que amicis derelictum videbamus. ibid. 39. At verò T. Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, & minimè tunc quidem, C. Frater, nunc acerrimus hostis. 1. C. 3. An verò vir amplissimus P. Scipio Pontifex Maximus T. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipub. priuatus interfecit. pro Mil. 8. Nisi verò existimatis dementem P. Africanum fuisse, qui tūm à C. Carbone tribuno plebis in concione editiosè interrogaretur, quid de T. Gracchi morte sentire, respondit iure casum videri. de Arusp. resp. 41. T. Gracchum secutus est, C. Gracchus, quo ingenio! quanta vi! quanta grauitate dicendi! vt dolorerent boni omnes, non illa tanta ornamenti ad meliorem mentem voluntatē esse conversa. ibid. 43. C. autem Gracchum mores, fraterna pietas, dolor, magnitudo animi, ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitauit. pro Sest. 103. Frumentarium legem C. Gracchus ferebat. 3. Tusc. 48. Evidem C. Gracchus cum largitiones maximas fecisset & effudisset ærarium, verbis ramen defendebat ærarium. 3. de Leg. 20. C. verò Gracchus ruinis, & emisitiis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digrediarentur inter se ciues, nonne omnem reip. statum perinutauit? 2. Offi. 72. C. Gracchi frumentaria magna largitio fuit. de Amic. 41. C. Gracchi Tribunatus. 1. de Diu. 56. & 2. 136. C. Gracchi somnium. pro C. Rab. 12. C. Gracchus legem tulit de capite ciuiū Romanorum, vide 4. ad Her. 32. & 39. de Cl. 110. & 125. Sed ecce in manibus vir, & præstantissimo ingenio & flagrantī studio, & doctus à puer C. Gracchus. 1. de Ora. 38. Sed vi reliqua prætermittam omnium mihi videor exceptis. Crasse vobis duobus eloquentissimos audisse Tib. & C. Sempronios: quoru[m] pater homo prudens & grauis, haud quaquā elegans, & s[ecundu]m alias, & maximē censor saluti reip. fuit, atque is non accurata orationis copia, sed nutu atq[ue] verbo libertinos, in urbana[rum] tribus trastulit, quod nisi fecisset, r[er]ep. quā nūc vix tenemus, iā diu nullā haberemus. At verò eius filij deserti, & omnibus, vel natura, vel doctrina prædiis ad dicendum parati, cū ciuitate vel paterno cōsilio, vel auitis armis florentissimā accepisēt, ista præclara gubernatrice, vt ais, ciuitatū eloquētia repub. dissipauerūt. 2. Off. 80. Quid nostros Gracchos T. Gracchi sumi viri filios, Africani nepotes? Nonne Agrariae cōtētiones perdiderūt?

G R A C I L I T A S, corporis habitus tenuior, subtilitas de Cl. 64. Qui non tam habitus corporis opimus, quām gracilitates conseruentur. de Cl. 313. Erat in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenuem collum, qui habitus, &c.

G R A D U T I M, gradibus per gradus. Postquam ad Quir. 5. Honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nūc à vobis vniuersos habemus. Par. 54. Quæ alcendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. 2. de Or. 225. Hinc gradatim ascendere vocem, vtile & suave est. 2. de N. 164. Licet enim contrahere universitatē generis humani, cāmq[ue] gradatim ad pauciores, postrem deducere ad singulos. Orat. 135. Cū gradatim sursum versus reditur. 4. Acad. 49. Cū alliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Ibid. 92. Minutatim & gradatim interrogare. 1. Tusc. 57. Gradatim respondens eō peruenit. 9. Fam. 14. Ita pedetentim & gradatim tum accessus ad causam, tum recessus. 1. de N. 90. Gradatim aliquò peruenire.

¶ Syntaxis. Minutatim & gradatim, pedetentim & gradatim.

G R A D A T I O, exornatio rhetorica. 4. ad Herc. 35. Gradatio est, in qua non antē ad consequens verbum descenditur, quām ad superius consensem est, &c.

G R A D I E N D O. 2. de N. 122. Iam verè alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.

G R A D I E N S. 5. Tusculan. 38. Serpentes quadam esse gradientes.

G R A D I O R, ambulo, eo, ingredior. 1. Tuf. 110. Quorum qui similitudinem aliquā arripuerit, fidenti animo gradierunt ad mortem.

G R A D U S, propriè, quo in aliquem locum ascendimus: ex translatione autem, & locum & dignitatem & monumētum & ordinem & progressum quandam gressū, q[uod] significat. 4. At. 1. Gradus templorum ab infima plebe completerant. pro Sest. 34. Gradus eius templi tollebantur. pro Dom. 54. Cū gradus Castroris conuelliisti. pro Cl. 93. Gradus illi Aurelij tum noui quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur, quos accusator concitatis hominibus compleuit. 6. Fam. 7. Quemadmodum scalarum gradus, si alios tollas, alios ineidas, nonnullos male hærentes relinquas, ruinas periculum struas, non ascensum pares sic, &c. 1. Off. 160. In ipsa communitate sunt gradus officiorum, vt prima diis, &c. secunda parentibus, &c. tertia patriæ debeatur. 2. de Nat. 34. Quartus autem gradus est eorum qui, &c. Part. 101. In omnibus causis tres sunt gradus, &c. 3. de Or. 225. Est quiddā in remissione grauissimū, quo tanquam sonorum gradibus descenditur. Or. 59. Orator omnes sonorū tum intendens, tum remittens, persequetur gradus. 1. de Na. 90. A beatis ad virtutē video te venisse gradibus. 1. C. 28. Ad summum imperium omnes honorum gradus efferri. 5. A. 47. Vt gradus essent petitionis inter æquales, pro

